



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV·ANG·
VE
RI
TAS
CHRISTO ET ECCLESIAE



21768

AESCHINIS

QUAE FERUNTUR EPISTOLAE

EDIDIT

ENGELBERTUS DRERUP.



LIPSIAE
SUMPTIBUS DIETERICHII
(THEODORI WEICHERI)
MDCCCCIV



Constantine fund

121

JUSTO HERMANNO LIPSIO

SALUTEM DICIT EDITOR.

Tibi, praeceptor egregie atque omnibus venerande, hanc epistolarum sub Aeschinis nomine traditarum editionem sacram esse volo, cum propediem XIV. lustrum complens vitae omnibus bonis artibus dedicatae summa nunc laude inter viros philologos meritissimo celebreris. Neque parvum hoc officium animo quo in me semper fuisti benigno asperneris, quod tibi reddo tuis praeceptis ab adolescentia ad litteras institutus, tua benevolentia in studiis meis numquam destitutus. Maiora promitto, cum Isocratis et Demosthenis, summorum oratorum Atticorum, editionem criticam parandam te auctore susceperim neque inde a dissertatione ‚de codicum Isocrateorum auctoritate', quam tuis auspiciis ante hos decem annos edidi, praeparare umquam omiserim. Quae vero interea amplificans studia mea de legibus et institutis Atticis, de inscriptionibus, de theatro Syracusano — quod tecum Siciliam peragrans visi —, de scriptoribus Graecis rhetoricis atque historicis, de Homero et antiquissimo Graecorum cultu et humanitate conscripsi, ea aequum semper apud te iudicium invenerunt, quod alii quidam denegaverunt mihi.

Epistolas autem Aeschinis nomine inscriptas, quamvis eas genuinas non esse inter omnes constet (cf. Taylori praefat. apud Reiskium Orat. Graec. III p. 650 sq. et Blassium: Att. Bereds. III 2, edit. alt. 1898 p. 185 sq.), accurata inquisitione minime indignas esse de indole earum atque natura cogitans cognovi. Singularis praesertim harum epistolarum conditio, quae et in libris Aeschineis et in epistolographorum collectionibus servatae sunt, magnam spem excitavit, fore ut his libris perquisitis cum ad Aeschinis oratoris opera tum ad epistolarum scriptores minores ex codicibus emaculandos aliquid proficeremus. Quare cum Maximilianus Heyse Vratislaviensis, nunc Bunzlaviensis me rogasset, ut occasione data libros quosdam orationum Aeschinearum inspicerem, quarum novam paraturus est editionem criticam, epistolarum quoque et in his codicibus et in aliis traditarum curam habui. Neque spes me fefellit; nam collatis inter se duabus, quibus epistolae traditae sunt, codicum familiis luce clarius apparuit, plerosque libros, quibus orationum Aeschinearum memoria innititur, tanti non esse aestimandos, ut eos certum textus constituendi fundamentum habere possimus. Epistolographorum vero librum quendam archetypum haud spernendum in codice Harleiano 5610 repperi.

Quod ut non solum ex studiis meis affirmem, sed etiam rationibus propositis evincam, primum de codicibus epistolarum disputabo, quos in bibliothecis Britannicis, Gallicis, Italicis, Austriacis, Germanicis examinavi. Neque mireris, quod in argumentum ut ita dicam leviusculum tantum operae atque laboris impendi, quantum nonnisi gravioribus scriptoribus convenire tuo iure contendas. Nimirum ad codices Demosthenicos atque Isocrateos excutiendos ab academia Bavarica peregre missus Aeschinis personati memoriam praeteriens modo et a difficilioribus mentem quasi avertens tractavi. Ex incepto autem primum quidem aliquantulum molesto tantum bonae frugis percepi, ut editionem hanc epistolarum Aeschinearum velut primordia studiorum meorum emittere haud graver.

Caput I.
Codicum qui epistolas Aeschinis continent descriptio.

Codices, quos ipse inspexi, hi sunt:

Londinii (in bibliotheca Musei Britannici):

1) cod. Harleianus 5610 (plut. LXIV G), bombyc. in 4° (22 × 15 cm) foll. 33, saec. XIII. exeuntis vel XIV. ineuntis. Numeratus est a manu antiqua foll. 185 ad 217, ita ut extremam nos modo partem codicis epistolographici habere eluceat; qua cum re conveniunt numeri ad finem quaternionis cuiusque in inferiore margine a manu prima additi: cf. $\overline{\varkappa\varepsilon}$ in fol. 3b = 187b, $\overline{\varkappa\varsigma}$ in fol. 11b = 195b, $\overline{\varkappa\zeta}$ in fol. 19b = 203b, $\overline{\varkappa\eta}$ in fol. 27b = 211b: XXV igitur quaterniones tribus foliis demptis (= 197 foll.) initio codicis deficiunt. Insunt superstites epistolae Apollonii Tyanei (fol. 1a: ex 91 modo servatae sunt hae no. 75, 76, 77, 107, 108, 109, 111, 112), Dionysii sophistae (1b), Pythagoreorum (Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus περὶ τέκνων ἀνατροφῆς: 5a), Musonii (10a), Diogenis (12a), Cratetis (17b), Platonis (18b), Aeschinis (I. VI. VII. III.: 23a), quas sequuntur Callinici rhetoris εἰς τὰ πάτρια ῥώμης (24a, cf. Orelli, Philonis lib. de sept. spect., Lips. 1816), Hadriani rhetoris (24b) et Iamblichi historici (25a) quaedam[1]), Diodori excerpta de Cleonnide et Aristomene = lib. VIII 12 (26b) atque postmodo addita Iuliani ἀλεξανδρεῦσι διάλαγμα (28a) et

---

1) Cf. Walz, Rhet. Gr. I 526 sq. ἁλοῦσα τις φαρμακείας etc. Declamatio autem δεσπότης δούλου κατηγορεῖ κτἑ (p. 528) secundum hunc codicem ἰαμβλίχου ἱστορικοῦ βαβυλωνιακῶν est atque fragmentum περὶ προόδου τοῦ βαβυλωνίων βασιλέως eiusdem: τοῦ αὐτοῦ. De quo videas Westermann, Geschichte der Beredsamkeit in Griechenland und Rom, I 1833 p. 205 n.

alia scripta usque ad epist. XLII. ξίφει καὶ πυρὶ καὶ φυγῇ ζημιωθέντες. Codicem, qui in omnibus partibus summi pretii videtur esse, ad Aeschinis epistolas Io. Taylorus primus adhibuit, qui eum littera A signavit: quod quidem collatis codicis A lectionibus, quas Reiskius Orat. Gr. IV p. 920 sq. in lucem edidit, pro certo affirmari potest, quamquam Taylorus quemnam codicem habuerit non dicit (vide Reiskium l. c. III p. 771). Ego codici notam indidi = H. cf. pag. 34 sq.

2) cod. Harleianus 5635 (plut. LXI A), chartac. in 4⁰ foll. 275 vel potius 266, cum folia 186/7, 205/7, 221/3, 261 scriptura vacua sint, saec. XV. med. (vide notitiam de Constantinopoli capta in fine libri). Codex, in quo exarando 4 vel 5 librarii elaboraverunt, usque ad fol. 136a epistolas continet Phalaridis (fol. 1a), Amasidis (35b), Xenophontis (ὡς δοκεῖ ἢ αἰσχίνου τοῦ σωκρατικοῦ: 36a), Platonis (incip. ab epist. VIII.: 41a), Iuliani τοῦ παραβάτου (fol. 62b: incip. ἐγὼ μὲν ᾤμην σε τὸν νεῖλον i. e. Procop. epist. LXII.), Anacharsidis (72a), Euripidis (75a), Diogenis (76b), Cratetis (86a), Platonis (88b), Pythagorae (ἱέρωνι = II.: 96a), Chionis (96a), Theanus (Pythagor.: 109a), Apollonii Tyanei (113a), Melissae et Myiae (Pythagor.: 127a), Hippocratis (inde ab epist. XVII.: 128b). Quibus continuantur scripta quaedam Aristotelis (Physiognomonica, περὶ κόσμου), Theophrasti (περὶ αἰσθήσεως), Ammonii τοῦ σακκᾶ, tractatus metricus quaternionibus plenis absolutus, atque iterum a quaternione novo incipientes (manu alia) epistolae Aeschinis (XII: 224a), Hippocratis (I.—V.: 235b), Phalaridis (XVIII: 237a); deinde [Herodoti Halicarnasei] περὶ τῆς τοῦ ὁμήρου γενέσεως καὶ ἡλικίας καὶ βιοτῆς (242a), epistolae Socratis (256a) et Xenophontis (ὡς δοκεῖ ἢ αἰσχίνου τοῦ σωκρατικοῦ i. e. Socratic. XXI. sq.: 258a) atque tractatus περὶ προθέσεων (262a) et περὶ συντάξεως καὶ ὀνομασίας ῥημάτων (273a). Hic liber est Taylori (et Reiskii, vide ad cod. Harl. 5610) cod. B, quem Blassius perperam pro cod. *q* (i. e. Meadiano, vide no. 48) habuit: nihilominus in apparatu meo, quoties hic liber nominandus erat, notam *q* retinui, ne cum codice Barberiniano (= B) confundatur. Codices autem, quos Taylorus excussit (A et B), ambo Harleiani sunt, quod hic notatum volo. cf. pag. 32 sq.

Oxonii (in bibliotheca Bodleiana):

3) cod. Grabianus 15, chartac. in 4⁰ foll. 198, saec. XVI. Volumen hoc post folia 1—24 prelo impressa complectitur epistolarum collectionem Basilii et Libanii (ἀμοιβαῖαι: 25a), Basilii (XXII: 30a), Chionis (44a), Aeschinis (XII: 54a), Apollonii Tyanei (63a), Iuliani (72a ad 95a; in fol. 95b vacuo haec leguntur ἦσαν δὲ καὶ φαλάριδος ἐπιστολαὶ καὶ ἰσοκράτους καὶ βρούτου τοῦ ῥωμαίου). Post haec liber miscellaneus est graeco-latinus. cf. pag. 30.

Parisiis (in bibliotheca publica olim regia):

4) cod. Coislinianus 249, membran. in 4° mai. (25 × 17½ cm) foll. 168, saec. X., a duobus librariis scriptus, quorum alter foll. 1—100a et 148a—168b, alter foll. 101a—147b exaravit. Continet nonnullas Synesii Cyrenaici orationes (φαλάκρας ἐγκώμιον: 1a, δίων: 12b, αἰγύπτιοι I. II.: 25b, πρὸς παιόνιον: 45b, περὶ ἐνυπνίων: 49a), Marini Neapolitani πρόκλος ἢ περὶ εὐδαιμονίας (60b), Gorgiae ἑλένης ἐγκώμιον (74b), excerpta varia ex Dionysio Halic. et Aristotele (a scholiasta Aeschinis in folio vacuo addita: 76a), Aeschinis orationes κατὰ τιμάρχου (77a), περὶ παραπρεσβείας (98a)[1], κατὰ κτησιφῶντος (116b), αἰσχίνου ἐπιστολαί (fol. 142a: duodecim sunt in fine mutilae; ultima epistolae XII. verba inde a § 16 ἐπὶ χρηστότητι μείζω a corr. 4 addita), Lysiae ἐπιτάφιος (148a: cf. Erdmann, De Pseudolysiae epitaphii codicibus, Lips. 1881), Synesii περὶ βασιλείας (154a). De aetate codicis disputavi: Sitzungsberichte der bayerischen Akademie der Wissenschaften 1902 p. 318,[2]) ubi etiam de correctionibus eius accuratius egi. Manus correctrices autem hasce discerno: corr. 1 saec. X., fortasse librarii alterius (I.); corr. 2 eiusdem aetatis, fortasse scholiastae; corr. 3 saec. XII., corr. 4 saec. XV. Codex, cuius pars epistolas exhibens nondum collata erat, ab aliis f vel F significatur, mihi est = C. cf. pag. 39 sq.

5) cod. Parisinus 1760 (olim Colbert. 4958), chartac. in 4° foll. 349, saec. XV., scriptus a Mich. Suliardo (vide Omont., Fac-Similés de Manuscrits grecs des XVe et XVIe siècles, 1887 tab. 38). Liber, qui miscellaneus est, foll. 138—223 epistolarum collectionem continet, Aeschinis videlicet (XII: 138a), Hippocratis (146a), Platonis (146b), Diogenis (XXIII: 154a), Euripidis (158a), Phalaridis (162a), Bruti (199a), Hippocratis (205a), Heracliti (217b). cf. pag. 23 sq.

6) cod. Parisinus 2755 (Fontebl.-Reg. 3260), chartac. in 4° foll. 357, saec. XV.; ex parte exaratus est a Mich. Suliardo fol. 1—55a et Mich. Apostolio fol. 61a—197a (vide Omont., Fac-Similés tab. 34). Atque hic Apostolii libellus epistolas habet Dionysii ad Ammaeum (61a), Iuliani (72a), — post quem inserta est S. Basilii oratio de legendis gentilium libris (81a) —, Aeschinis (I. VI. VII. III.: 101b), Platonis (103b), Diogenis (114b), Cratetis (128b), Iuliani (132a), Euripidis (154a), Hippocratis (161a), Heracliti (187a). cf. pag. 16.

7) cod. Parisinus 2832 (Medic.-Reg. 3378), chartac. et membran.

1) Fol. 101a maximam partem ab Aeschinis verbis vacuum oratorum Atticorum elenchum suppeditat, quem e codice nostro Bekkerus primus edidit, postea tractavit Guil. Studemund, Zu den attischen Rednern, Hermae II 1867 p. 434 sq.

2) Ea quae C. Fuhr (Berliner philologische Wochenschrift 1903 p. 61, vide p. 283) contra disputavit futtilia sunt.

(miscell.) in 4⁰ mai. foll. 261, saec. XIV., XVI., XV. Inest epistolographorum corpus (foll. 105—160, saec. XV.), Menandri et Glycerae (vide Alciphr. lib. II.: 105a), Aeschinis (XII: 113b), Bruti (131a), Aristotelis (148a), Philippi (151a), Theodori Gazaei ad Demetrium Chalcondylam (152a). cf. pag. 21.

8) cod. Parisinus 3002 (Hurault.-Reg. 3280), chartac. in 4⁰ min. foll. 112, saec. XVI. Complectitur Aeschinis orationes III. II. I. (foll. 1—87b, signatus hic ab editt. = *l*), epistolas Aristotelis ad Olympiadem (87b), Dionis (88a et 110a), Dionysii sophistae (88b), Libanii (89a; fol. 91b vac.), Aeschinis (XII: 92a), Libanii et Basilii (102a et 109a), Gregorii Nazianzeni (104a), Synesii (108a). cf. pag. 31 sq.

9) cod. Parisinus 3003 (Medic.-Reg. 3279), chartac. in 4⁰ foll. 222, saec. XV. ineuntis. Praeter Aeschinis orationes III (cum scholiis, ab editt. signatus = *m*) insunt eiusdem epistolae (XII: 117a med.); sequuntur Anonymi scholia in Aristidem ab alia manu scripta (127a). Codex a diversis (tribus fere) manibus correctus, quas accuratius discerni nihil interest, mihi signatur = P. cf. pag. 18 sq.

10) cod. Parisinus 3021 (Colbert. 3754), chartac. in 4⁰ min. foll. 181, saec. XV. Epistolographos habet solos, Libanium et Basilium (1a), Synesium (41a), Chionem (73a), Euripidem (94a), Diogenem (101b), Cratetem (115b), Heraclitum (119a), Aeschinem (hoc ordine I. II. III. VII. V. IV. VI. VIII. ad XII.: 125a), Alciphronem (141a), Melissam, Myiam, Theano (Pythagor.: 172a), Musonium (177a), Brutum (VII: 181a) et interpositam S. Basilii homiliam de legendis gentilium libris (58a). cf. pag. 28.

11) cod. Parisinus 3044 (Colbert. 4923), chartac. in 4⁰ min. foll. 135, saec. XV.; ex parte (i. e. initio libri folia quaedam et fol. 57 usque ad finem) scriptus ab Emanuele Atramytteno (cf. Omont., Fac-Similés tab. 19), cuius subscriptionem vide fol. 78a. Continet inde a fol. 12a Iuliani, Libanii et Basilii epistolas mutuas atque post S. Basilii orationem de legendis gentilium libris (22b) epistolas Aeschinis (I. VI. VII. III.: 35b), Platonis (37a), Diogenis (45a), Cratetis (54a); subinde post Theophylacti Simocattae dialogum de variis quaestionibus naturalibus (57a) et Alexandri Aphrodis. problemata (59a) epistolas Phalaridis (80a) et Pythagorae (133b). cf. pag. 16.

12) cod. Parisinus 3052 (Colbert. 4927), chartac. in 4⁰ pag. 223 (i. e. foll. 112), saec. XVI. Praeter alia scripta epistolarum collectionem suppeditat Bruti (p. 1), Libanii (p. 6), Aeschinis (XII: p. 20), Hippocratis (p. 38), Platonis (p. 40 ad 45) et p. 37 intercalatas narrationes quasdam de Bruti uxore Porcia (cf. Plutarch. Brut. c. 13 βρούτου ἡ γυνὴ πορκία, οὐ πρότερον ἐπεχείρησεν ἀνερέσθαι τὸν ἄνδρα ad καὶ βρούτου γυναῖκα πρόσεστιν) atque de Cleopatra (cf. Plutarch. Anton. c. 84 κλεο-

πάτρα ἐδεήθη καίσαρος, ὅπως αὐτὴν ἐάσῃ ad μετὰ σαυτοῦ καὶ σύνθαψον), quae etiam in cod. Vindob. 82 sunt. cf. pag. 23 sq.

13) cod. Parisinus 3054 (Medic.-Reg. 3530), chartac. in 12° foll. 190, saec. XV. scriptus a Jano Lascari, epistolas Isocratis (1a), Socratis (40b), Aristotelis (106a), Aeschinis (XII: 112a), Alciphronis (133b), Chionis (146b), Theanus (Pythagor.: 175b) habet. cf. pag. 21.

14) cod. Parisinus supplem. graec. 205, chartac. in folio foll. 93, saec. XV.—XVI., ex parte exaratus a Mich. Apostolio et Aristobulo (subscriptiones videas fol. 61a et 73a Apostolii, fol. 93a Aristobuli, de quo evolvas Omont., Fac-Similés p. 10 et tab. 5). Prior codicis pars usque ad fol. 61a epistolographorum est Alciphronis (1a), Melissae, Myiae, Theanus (Pythagor.: 17a), Chionis (20a), Anacharsidis (VIII: 27b), Apollonii Tyanei (29a), Euripidis (31a: manus II.), Hippocratis (34a), Heracliti (46b), Diogenis (51b), Cratetis (58a), Aeschinis (I. VI. VII. III.: 60a), quos excipiunt Luciani epistolae saturnales (64a: man. III. saec. XVI.) et alia quaedam. cf. pag. 16.

Romae (in biblioth. Vatic., Angelic., Barberin.):

15) cod. Vaticanus 64, membran. in folio ($31^3/_4 \times 20^1/_2$ cm) foll. 289, a diversis librariis exaratus anno 1270 secundum subscriptionem in fol. 289b: ἐτελειώθη ἡ βίβλος αὕτη χειρὶ γραφεῖσα ἑκατόγχειρος — librariorum ut videtur scholae — ἐν ἔτει ϛψοη′ (= 6778 mundi = 1270 p. Chr. n.). De codice, quem F. Schultzius iam descripsit in Aeschinis editione praef. p. XXIII, accuratius disseruit H. Usenerus, Neue Jahrbücher für Philologie CVII 1873 p. 146 et in editione opusculorum Dionysii Halic., quam cum Radermachero curavit, praef. p. XI; ipse nonnulla addidi: Blätter für das bayerische Gymnasial-Schulwesen XXXVII 1901 p. 352. Quare haec solum referre sufficiat, codicem praeter alia scripta epistolas continere Libanii (73a), Ioannis Pediasimi (83a), Synesii (85a), Lysidis (87a), Aeschinis (XII, post orationes tres: 203b), Xenophontis (ὡς δοκεῖ ἢ αἰσχίνου τοῦ σωκρατικοῦ = Socrat. XXI. et XXIII.: 207b), Isocratis (208b), Socratis (215a). Codex Schultzio signatur = *Vat.*, mihi = V. cf. pag. 39 sq.

16) cod. Vaticanus 67, chartac. in fol. min. foll. 276, saec. XIV. a diversis librariis scriptus. In codice leguntur post Demosthenis orationes iudiciales (1a) et Aeschinis orationes I. III. II. (cum vita, argumentis et scholiis: 83b) eiusdem Aeschinis epistolae (hoc ordine I. VI. VII. III. II. IV. V. VIII. ad XII.), Aristidis orationes (XXIV: 143a), Bruti (257a) et Phalaridis (263a) epistolae. cf. pag. 26 sq.

17) cod. Vaticanus 199, chartac. in fol. min. foll. 217, saec.

XIV. ineunte a IV librariis exaratus. Exstant in eo — post varia fragmenta — Cleomedis μετεώρων libri II (20a), Demosthenis oratio de corona (54a), Aeschinis epistolae (XII praemisso hoc scholio: αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τῷ δήμῳ διεβέβλητο πλεῖστα· ὥστε καὶ προ(σ)φωνεῖται αἰσχίνης ὁ ψευδὴς ὡς ἐπίκλην τὸ ψεῦδος κτησάμενος: 90a), Libanii epistolae (CXI: 96a) et orationes III (123a), quas subsequuntur varia scripta Plutarchi, Luciani, Aristidis (orationes II), Euclidis, Aristotelis (Analytica, in fine mutila). cf. pag. 17.

18) cod. Vaticanus 1353, chartac. in 4⁰ foll. *9 + 242, saec. XV. scriptus a Constantino Lascari (cf. notam hanc fol. 242b κωνσταντίνου λασκάρεως καὶ πόνημα καὶ κτῆμα et similiter fol. *3b). Est codex epistolographorum modo, Phalaridis (CXXXXI: 1a), Pythagorae (I: 40b), Anacharsidis (IX: 41a), Chionis (XVI: 43b), Euripidis (V: 54a), Hippocratis (XIX, aliae in marg.: 58a), Heracliti (IX: 72b), Apollonii Tyanei (XC: 80a), Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus (Pythagor. VI: 91b), Musonii (I: 97a), Diogenis (L: 100a), Cratetis (IV: 112b), Platonis (X: 114b), Philippi, Alexandri et Aristotelis (III: 127a), Heraclidis et Eurybiadis (i. e. Theophyl. XXVIII. et XXXVII.: 127b), Isocratis (IX: 131a), Aristotelis, Alexandri et Philippi (V, continuatio: 147a), Demosthenis (VI: 150a), Aeschinis (XII: 163a), Bruti (LXX: 171a), Libanii, Iuliani et Basilii (181a), epistolae mutuae sapientium qui voc. ex Diog. Laert. (215a), variorum (220a). cf. pag. 30 sq.

19) cod. Vaticanus 1354, chartac. in 4⁰ foll. 140 (falso numerantur 159, cum numeri saltent a 37 ad 58 et numerus 110 bis datus sit), saec. XV. In hoc quoque libro epistolae tantum traduntur Bruti (1a), Apollonii (10b), Pythagorae (21b), Anacharsidis (21b), Aeschinis (hoc ordine: I. VI. VII. III. IV. V. VIII. ad XII.: 24a), Diogenis (32b), Chionis (61a, immo 41a), Euripidis (71b, immo 51b), Cratetis (75b, immo 55b), Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus (Pythagor.: 77b, immo 57b), Musonii (82b, immo 62b), Heracliti (85b, immo 65b), Hippocratis (92b, immo 72b), Dionysii sophistae (108b, immo 88b), Dionis (118b, immo 99b), Platonis (120b, immo 101b), inter quas tamen interposita sunt scripta Callinici, Hadriani, Iamblichi, Diodori (113a, immo 94a), quae cod. Harl. 5610 servavit. Adhaerent Platonis ὅροι (157b, immo 136b). cf. pag. 26.

20) cod. Urbinas 116, membran. in 4⁰ mai. fol. 93, saec. XV. Post Aeschinis orationes I. III. II., quas excipiunt argumenta harum orationum (81b), Aeschinis epistolas XII (84a) habet, quas sequuntur Aeschinis vita et Apollonii ἐξήγησις (91b). Codex, iam a Bekkero collatus, illi et Schultzio signatur = *c*. cf. pag. 23.

21) cod. Angelicanus 44 (C 3. 11), chartac. in 4⁰ ($25^1/_2 \times 17$ cm) foll. 318, saec. XIV. ineunte a duobus librariis exaratus. (Falso

Buermannus, Handschriftl. Überlieferung des Isokrates I 1885 p. 9 codicem hunc cum cod. Laur. LXXXVII 14 i. e. Isocratis Θ comparatum saeculo XIII. attribuit). Insunt post Aristidis orationes XXXVI (2a) Aeschinis orationes tres cum vita, argumentis, scholiis (213a) et epistolae XII (309b). Correctiones permultae atramento nigrescente a manu recentiore (= corr. 2) factae sunt. Codex a Bekkero collatus et notatus = *a*, a me denuo excussus et signatus = A. cf. pag. 39 sq.

22) cod. Barberinianus I 159 (no. 139), membran. in 4^0 mai. ($24^3/_4 \times 16^3/_4$ cm) foll. 132 (non 133, cum numeri transiliant a 110 ad 112), saec. XIV. (vide Th. Heyse, Progr. Francofurt. ad Moen. 1838 p. 33; Schultzius codicem iniuria paullo antiquiorem habuit). Aeschineus hic liber continens vitam, argumenta, orationes tres, epistolas XII (121b) quoad epistolas usque ad hoc tempus nondum collatus erat. Schultzio in orationibus signatur = Barb., mihi est = B. cf. pag. 21 sq.

23) cod. Barberinianus II 2 (no. 445), chartac. in 4^0 maximo ($27^1/_2 \times 20^1/_2$ cm) foll. 64, saec. XVI., sex priores tantum Aeschinis epistolas praebet (1a usque ad 4b med.), quas sequuntur ab aliis duobus scriptoribus exaratae epistolae Alciphronis (παρασίτων V: 7a), Demetrii Cydonis (9a), Photii (17a; inter foll. 17 et 18 folium non numeratum exstat), Theodori μητροπολίτου νικαίας (37a), Nicolai πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως (41a), aliorum et in fine Alciphronis tres (49a) et Socraticorum (51a). cf. pag. 23.

Florentiae (in bibliotheca Laurentiana):

24) cod. Laurentianus LVII 12, chartac. in fol. min. ($28^1/_2 \times 20^1/_2$ cm) foll. 163, saec. XV. Insunt post indicem manu prima scriptum (1a) epistolae Phalaridis (CXL: 1b), Pythagorae ad Hieronem (31b), Anacharsidis (IX: 31b), Bruti (LXX: 33b), Chionis (XVII: 41a), Euripidis (V: 49a), Hippocratis (XV: 52b), Heracliti (IX: 64a), Apollonii Tyanei (XCI: 69b), Dionysii sophistae (XLVI: 78b), Pythagoreorum (Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus tres: 82b), Musonii (86b), Diogenis (XXIX: 88b), Cratetis (XIV: 94b), Platonis (VIII: 96a), Aeschinis (I. VI. VII. III.: 101a ad 102a; foll. 102b—104 vac.): ὁμοῦ ἐπιστολαὶ υοδ' (secundum indicem), immo 464. Postea addita est, ut ex indice cognoscitur, collectio epistolarum Procopii (XL: 105a), Dionis (V: 112b), Phalaridis (XVI: 113a ad 115a; foll. 115b/116 vac.) et Apollonii Tyanei (IV: 117a). Accedunt manu secunda exaratae epistolae Iuliani et Libanii (VIII: 117b), quas excipiunt (man. I.) scripta Callinici, Hadriani, Iamblichi, fragmentum de Cleonnide et Aristomene ἐκ τοῦ διοδώρου (VIII 12) velut in cod. Harl. 5610 (121a), excerpta ex Philone Hebraico (125a) et (man. III.) [Dionis Chrysostomi XI.] λόγος τρωικὸς ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ

ἁλῶναι (129a), Theophylacti epistolae (LXXXV: 145b). Correctiones manus recentioris interdum deprehendi, praesertim in Aeschinis epistolis. Blassio codex signatur = L^6. cf. pag. 15.

25) cod. Laurentianus LVII 45, chartac. in 4⁰ foll. 312, saec. XV. ineunte a compluribus scriptus. Post Lysiae orationes XXVIII (2a) hic liber complexus est quaedam Lucianea (80a), Cebetis tabulam (94b), Herodiani historiam (98a), Aeschinis orationes tres cum vita, argumentis, scholiis (173a). Ea quae sequuntur opuscula excerpta sunt anonyma quaedam (vide Bandinii catalogum) et epistolarum collectio Euripidis (254a), Hippocratis (258b), Heracliti (267b), Apollonii (273a; deest epist. XXXIII.), Pythagor. (Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus: 282b), Musonii (287b), Diogenis (289b), Cratetis (296a), Platonis (297b), Anacharsidis (VIII: 303a), Chionis (IX. ad XVI.: 304b), Democriti (= Hippocr. XXIII.: 309a), Aeschinis (hae solae: I. II. III. VI. VIII. VII.: 310a), Chionis ad Platonem (312b). Codex Schultzio in orationibus est = Laur., Blassio in epistolis = L^7. cf. pag. 27 sq.

26) cod. Laurentianus LVIII 6, chartac. in folio foll. 107, saec. XV. Continet epistolas Phalaridis (CXXIV: 1a) et Aeschinis (XII: 27a) et eiusdem orationes II. I. III. (33b). Foliorum 27 ad 64 ordo misere turbatus est, cum codex conglutinaretur; qui Schultzio in orationibus signatur = Laur. I, Blassio in epistolis = L^1. cf. pag. 24.

27) cod. Laurentianus LIX 5, membran. in fol. min. foll. 110, saec XV. Praeter epistolas XXX ex Diogene Laertio excerptas (1a) corpus epistolographorum praebet Hippocratis (XV: 4b), Platonis (XIII: 14b), Phalaridis (CLI: 42a), Bruti (72b), Aeschinis (XII: 79b), Alciphronis (verba lacunosa: 86b); et in fine leguntur ἐπιστολικοὶ χαρακτῆρες (initio mutili et sine titulo: 106b). Blassio est L^2. cf. pag. 24.

28) cod. Laurentianus LX 4, chartac. in 4⁰ foll. 77, saec. XV. Codex Aeschineus est orationes III. II. et epistolas (XII: 60a) complexus, quibus adhaerent nonnullae ex epistolis Diogenis (XIII: 68a), Anacharsidis (V: 70a), Cratetis (XIII: 71a), Platonis (II: 72b), Hippocratis (V: 72b). Schultzio notatur = Flor., a Blassio neglectus est. cf. pag. 23.

29) cod. Laurentianus LX 28, membran. in 12⁰ ($13^3/_4 \times 12$ cm) foll. 29, saec. XV. exeuntis. Post epistolas IX, quarum titulus deest, (Satoriano, Prisciano, Eudaemoni, Andronico, Demetrio, Datiano, Polychronio, Hesychio datas) inde a fol. 5a Aeschinis epistolas XII tradit, absolutus per epistolam ad Anatolium quendam (incip. οἷα τετόλμηται: 27a). Correctiones manus recentioris in decima

praecipue Aeschinis epistola apparent. Blassii nota est L^3. cf. pag. 19 sq.

30) cod. Laurentianus LXX 19, membran. in fol. min. (28 × 19½ cm) foll. 52, saec. XV. Insunt Lysiae vita a Dionysio Halic. conscripta (1a)[1]) et epistolae Aeschinis (XII: 17b), Isocratis (26a), Socratis (VII: 40b), Socraticorum (ἐπιστολαὶ τοῦ ξενοφῶντος ὡς δοκεῖ ἢ αἰσχίνου τοῦ σωκρατικοῦ = Socrat. XXI. ad XXIII., VIII. ad XV., XVIII.). Signatur Blassio L^4. cf. pag. 20.

31) cod. Laurentianus conv. soppr. 25, membran. in 8⁰ (19½ × 13 cm) foll. 138, saec. XV. Post Demosthenis orationes XII Aeschinis epistolae I. et II. priores (133a) leguntur et singulae Alexandri, Aristotelis, Philippi (135b). Apud Blassium notam habet L^8. cf. pag. 29.

32) cod. Laurentianus acquist. 50, chartac. in 4⁰ foll. 173, saec. XV., totum Aeschinem continet, orationes tres cum vita et argumentis et epistolas XII (159b). Blassio est L^5. cf. pag. 23.

Mutinae (in bibliotheca Estensi):

33) cod. Estensis 25 (α P 7.25), chartac. in 4⁰ min. foll. 134, quae numeris carent, saec. XV. Epistolas Libanii (CCXXXVI: 2a et 113a) et Aeschinis (hoc ordine XII. I. ad XI.: 102a ad 112b) habet. cf. pag. 25.

34) cod. Estensis 191 (α N 8.8), chartac. in folio foll. 56, saec. XV. Liber epistolographicus est cum epistolis Euripidis (1a), Hippocratis (3b), Heracliti (14b: a fol. 17 incip. man. II.), Diogenis (19a), Cratetis (25a), Aeschinis (I. VI. VII. III.: 26b) et Aeliani Varia historia (28a). cf. pag. 16.

Vindobonae (in bibliotheca caesarea):

35) cod. Vindobonensis (Phil. gr.) 59, chartac. in fol. min. (28¾ × 20½ cm) foll. 254, saec. XV. Qui liber praeter Lysiae orationes XXVIII (1a), Luciani περὶ τῆς συρίης θεοῦ (77b) et Apollonii exegesin et argumenta in Aeschinis orationes (87a) epistolas Aeschinis habet (has solas I. II. III. VI. VIII. VII.: 90a) et Chionis (ad Platonem: 91b), Theanus tres (Pythagor.: 92a), Musonii (94b), Diogenis (XXVIII: 96b), Cratetis (102a), Platonis (104a), Anacharsidis (108b), Chionis (110a), Democriti (= Hippocr. XXIII.: 114b), atque post haec πολυβίου ἱστοριῶν λόγος πρῶτος (immo librum decimum ad cap. LXX.: 121a) et Herodiani historiam (167a). Sakorrapho (apud Blassium) notatur = G. cf. pag. 27.

[1]) Liber hic Dionysii, qui cum codice Helmstadiensi 806 (Guelferbitano 902, vide pag. 13) consentiens in verbis τὸν αὐτὸν διαλεχθῶμεν τρόπον desinit, ab Usenero in Dionysio edendo adhibitus non est.

36) cod. Vindobonensis (Phil. gr.) 82, chartac. in fol. min. ($29^1/_2 \times 21^1/_2$ cm) foll. 213 (i. e. 28 + 185), saec. XV. Leguntur in eo Philostrati εἰκόνες (1a), Libanii μελέται (29a = 1), Aeschinis epistolae (XII: 181a = 153) adiectis excerptis historicis de Porcia Bruti uxore et Cleopatra (velut in cod. Paris. 3052), epistolae Hippocratis (VII: 186b = 158), Platonis (XVI: 187a = 159), Aeschinis itidem (hae solae I. VI. VII. III.: 192a = 164), Euripidis (193a = 165), Hippocratis et Heracliti commixtae (195b = 167), Diogenis (210b = 182). Apud Sakorraphum (vide Blassium) prior Aeschinis memoria est = H, posterior = K. cf. pag. 23 sq. et 17.

Heidelbergae (in bibliotheca Palatina):

37) cod. Palatinus Heidelbergensis 132, chartac. in 8° ($20 \times 14^1/_4$ cm) foll. 258, saec. XV. a diversis (5?) librariis scriptus. Post Philostrati vitas sophistarum (1a) et Dionysii Halic. epitomen de compositione verborum (57a); Hephaestionis enchiridion de metris (περὶ βραχείας συλλαβῆς: 89a); Aristotelis περὶ ἀρετῶν (150a) et Isocratis Demoniceam (153b); Phrynichi eclogam nominum et verborum Atticorum (162a), excerpta varia (178a) et Herodiani tractatum de numeralibus signis (182a) sequitur corpus epistolographicum Alciphronis (184a), Melissae, Myiae, Theanus (Pythagor.: 208a), Cratetis (213b), Hippocratis (215b), Heracliti (232b), Diogenis (240a), Aeschinis (I. VI. VII. III.: 249a), cui subiecta sunt excerpta quaedam ex Artemidori onirocriticis (251b). Alia autem manus inde a fol. 252a Aeschinis epistolas II. ad VI. et post epistolae VII. initium inductum epistolas VIII. ad XII. ex alia recensione addidit. cf. pag. 16 et 25.

Praeter codices supra descriptos in bibliothecis nonnulli adhuc delitescunt libri, qui ad Aeschinis epistolas pertinentes maximam quidem partem per amicos mihi innotuerunt. Atque de codicibus, qui

Mediolani (in bibliotheca Ambrosiana)

asservantur, discipulus meus atque amicus Curtius Emminger prompto quo est animo notitiam brevem mihi transmisit, qua commotus amicissimum Edgarum Martinium Lipsiensem, cum anno 1903 Mediolanum proficisceretur, rogavi, ut de his libris accuratiora me edoceret. Quorum notulis inspectis Aeschinis orationes tres (cum scholiis) atque epistolas XII contineri comperi

38) cod. Ambrosiano E 87 sup., chartac. in 4°, saec. XVI. a duobus librariis scripto. Atque manus prior Aeschinem exaravit in foll. 1—93, quem sequitur Symeonis tractatus de differentiis nominum

et verborum. Codex ex insula Chio advectus anno 1606 pertinebat ad supellectilem Manuelis Sophiani. cf. pag. 23.

39) cod. Ambrosiano E 113 sup., chartac. in 4⁰, anno 1482 manu Ioannis Rhosi Cretensis nitidissime confecto. Praeter Aeschinem, qui foll. 107—223 complectitur, insunt Platonis dialogi aliquot. cf. pag. 23.

40) cod. Ambrosiano I 22 sup., chartac. in 4⁰ saec. XV., qui praeter Aeschinem (fol. 371 b sq.) Themistii orationes praebet. Videas H. Schenkl, Die handschriftliche Überlieferung des Themistius, Wiener Studien für klassische Philologie XX 1898 p. 206. cf. pag. 24 sq.

Epistolas Aeschineas autem solas habent

41) cod. Ambrosianus E 32 sup. miscellaneus, chartac. in 8⁰, saec. XVI. diversis manibus exaratus, in fine mutilus. Insunt Pindari carmina Olympia, Sophoclis Aiax et Electra, epistolae Basilii et Libanii, Chionis atque inde a fol. 176a Aeschinis aliquot, fol. 181b desinentes in (VI.) παρὰ τοῦ τραπεζίτου χαρ. . . . cf. pag. 30.

42) cod. Ambrosianus M 41, chartac. in 4⁰ (20 × 14 cm), saec. XVI. Collectio est scriptorum noviciorum, orationum atque epistolarum Bessarionis e. g. et Plethonis, inter quas Aeschinis epistolae locum habent fol. 188 sq., epistola duodecima ante primam posita. cf. pag. 24 sq.

43) cod. Ambrosianus Q 13, chartac. in 4⁰ min., saec. XV. et XVI. diversis manibus perscriptus. Codex miscellaneus inter philosophica et rhetorica multa, quae accuratius describere haud operae pretium est, epistolas Lysidis (Pythagor.), Aeschinis (fol. 125/34 saec. XV. init., ordine cum cod. Ambros. M 41 congruente), Phalaridis, Chionis et Phalaridis iterum complectitur. cf. pag. 23.

Reliqui sunt hi libri:

44) cod. Marcianus 609, chartac. in 8⁰ foll. 225, saec. XVI. Codex epistolographicus est Platonis, Heracliti, Hippocratis, Dionysii sophistae, Dionis, Chionis, Euripidis, Diogenis, Cratetis, Lysidis (Pythagor.), Bruti et Aeschinis (fol. 208a ad 225a, cf. Zanetti, Catalog. p. 314). Hic illic manus prima varias lectiones in margine adiecit. Codicem cognitum habeo ex collatione Edgari Martinii, postquam Sakorraphus nonnullas huius libri scripturas cum Blassio communicavit (= M). Errat autem Bekkerus (et post eum Schultzius), cum codicem quendam Marcianum 50(?) „chartaceum forma maxima“ (= *d*) orationes et epistolas (sine scholiis) continere autamat. Nescio quem codicem Bekkerus intellegi voluerit, cum secundum notitiam a praefecto bibliothecae Marcianae acceptam ceteri libri Aeschinei, qui in illa bibliotheca depositi sunt, scilicet VIII 2, VIII 4, VIII 20, orationes solas tradiderint. cf. pag. 32 sq.

45) cod. Parisinus bibliothecae Mazarinianae no. 4454, olim 611 A (= Omont., Inventaire sommaire P. 4), membran. in 4° (20,3×13,7 cm) foll. 190, saec. XVI. Qui liber secundum Omontium hanc epistolarum collectionem habet, Phalaridis (1a), Bruti (41a), Apollonii (51b), Pythagorae ad Hieronem (63b), Anacharsidis (64a), Aeschinis (66b), Chionis (75b), Euripidis (86b), Diogenis (90b), Cratetis (97a), Pythagoreorum (Lysidis, Melissae, Myiae, Theanus: 99a), Musonii (105a), Platonis (108a). Cui continuantur Platonis definitiones (146b) et dissertatio quaedam de Platone et Philone (149b et 189), et epistolae Heracliti (151a), Hippocratis (159b), Dionysii sophistae (176b); praeterea scripta Callinici (183a), Hadriani sophistae (fragmenta quattuor: 183a) atque Diodori excerpta de Cleonnide et Aristomene (VIII 12: 186b), velut in cod. Harl. 5610, et epistolae Dionis Chrysostomi (188b). cf. pag. 16.

46) cod. Helmstadiensis 806 (Guelferbitanus 902), membran. in 4° (21 × 13 cm) foll. 226 saec. XV. (sec. Usener. saec. XVI.: falso!), scriptus a Georgio Chrysococca (inter 1420—1430) in usum Ioannis Aurispae (vide subscriptionem hanc in calce operis: γεώργιος γέγραφεν ὁ χρυσοκκόκης ἀρίσπᾳ τηνδὶ βίβλον τῷ ἰωάννῃ). Continet Aeschinis orationes praemissis vita et argumentis, epistolas Aeschinis (152b), Isocratis (165a), Socraticorum (185b) et Dionysii Halic. vitam Lysiae (203a: vide ad cod. Laur. LXX 19). Codicem, quem nisi in ipsa bibliotheca inspicere non licet, — mireris bibliothecarium de libris suis custodiendis vel potius in carcerem includendis nimis anxium —, Reiskius primus adhibuit, qui satis accurate eum descripsit (l. c. III p. 772/4) atque specimen scripturae eius aeri incisum dedit (III p. 380): epistolas autem, quarum lectiones varias t. IV p. 920 sq. publici iuris fecit, excutiendas uxori tradiderat, quare hic illic de codicis memoria dubitationem suboriri ipse praedicavit. Reiskium in describendo codice secuti sunt Sammetius p. 10/11 et Schultzius (praef. p. XXVI); codicem denuo descripsit O. Heinemann in catalog. codd. Guelferb. 1886, specimine phototypico adiecto, manibus tenuit etiam Usenerus (vide Dionys. Halic. opusc. I p. XXV); ipse de epistolarum Isocratearum memoria egi (Die Vulgatüberlieferung der Isokratesbriefe, Blätter für das bayerische Gymnasial-Schulwesen XXXVII 1901 p. 358 sq.). Signatur codex Reiskio = Helmstad., Schultzio ceteris = *p*. cf. pag. 20.

47) cod. Toletanus 101 no. 14, membran. in 4° foll. 81, saec. XVI. ex., continens epistolas Platonis (XIII), Aristotelis (πρὸς ὀλυμπιάδα i. e. Philippi VIII., πρὸς ἀλέξανδρον = VI. et aliam ineditam inc. ἀπέστειλάς μοι ὅτι πολλάκις), Alexandri (ἀριστοτέλει = I.), Aeschinis (XII). Codicem descripsit Ch. Graux: „Notices sommaires des manu-

scrits grecs d'Espagne et de Portugal" in Nouvelles archives des missions scientifiques et littéraires II 1892 p. 292. cf. pag. 33.

48) cod. Meadianus quidam innotuit ex his Taylori verbis (vide Reiskium l. c. III p. 771, Schultz. p. XXIV): „Codex viri praecellentissimi Ric. Mead Med. D. Archiatri, bombycinus, scriptus manu eleganti, sed recentiore, in folio, cum scholiis marginalibus, complectitur 1. Aeschinis or. περὶ παραπρεσβ. 2. περὶ στεφάνου. 3. epistolas XII et deinde manu aliquantum diversa 4. orationem in Timarchum. 5. Pythagorae aurea carmina. 6. Hieroclis Comment. ad illa carmina. Ante orationem primam argumentum τοῦ τῆς παραπρ., cuius initium ἀθηναῖοι φιλίππῳ πολεμήσαντες ad finem ὅτι ἡδυνήθη. Ante orat. in Timarchum vita Aeschinis, cuius init. αἰσχίνης ἦν ἀνὴρ. Scil. est Libanii argumentum orationis Demosth. π. παραπρ. Prior pars constat decem quaternionibus, posterior novem, qui de integro numerantur. Cetera recentior potiorque pars eodem saeculo exarata videtur." Unde hunc librum non eundem esse atque codicem B = Harl. 5635 a Tayloro collatum — id quod Blassius contendit praef. p. XIII n. 1 — luculenter apparet, nam est cod. B praecipue epistolographorum. Codex Meadianus autem, quem in orationibus solum a Tayloro excussum Schultzius signavit = *q*, deperditus videtur esse: certe vestigia eius indagare mihi non contigit. cf. pag. 33.

Caput II.

Quae ratio inter codices intercedat.

Codices, quos supra descripsi, omnes divisi sunt in genera duo, quibus commixtis tertium ortum est parum constans; neque tamen classis haec contaminata ad textum constituendum ullius est momenti, cum codices archetypos, ex quibus memoria haec adulterata originem duxit, ipsi manibus teneamus. Quare eos tantum codices accuratius tractemus, qui fontes plus minus puri verborum Aeschineorum nobis fluunt.

Atque prima classis, quae tanto praestat, ut ubicunque exstat pro fundamento recensionis adhiberi possit, uno repraesentatur codice Harleiano 5610 = H, ex quo reliqui huius familiae codices descripti vel derivati sunt. Continet autem delectum quattuor modo epistolarum (I. VI. VII. III.), qualis in epistolarum collectionem quandam antiquis temporibus factam receptus erat. Epistolographorum ergo memoriam hanc appellemus, cum integram duodecim epistolarum

seriem, quae in codicibus Aeschineis cum orationibus copulata traditur, vulgatam nominare liceat (= *a*).

Ad alteram hanc familiam longe plures pertinent libri, qui ex uno archetypo nunc deperdito pendent. Quem archetypum eundem esse atque communem orationum Aeschinearum fontem a viris doctis statutum videtur manifestum esse, quare epistolarum huius familiae codices in easdem classes discedere conicias, quae in codicibus Aeschineis vulgo constituuntur. Attamen erraveris, cum una illa codicum *ekl* familia (= A), quae in orationibus II. et III. ab editoribus solet ceteris anteponi, epistolas omnino non tradiderit neque ex eodem atque reliqui libri archetypo videatur ducta esse: cod. *l* = Paris. 3002, de quo infra disputabimus, epistolas sane recepit, sed ex memoria pessime contaminata, ut facile eo carere possimus. Codices autem vulgatos, qui epistolas habent, aliter atque viri docti, qui de libris Aeschineis egerunt, in tres familias segrego, quarum unam facit codex Coisl. 249 = C, alteram codices Angel. 44 = A et Paris. 3003 = P, tertiam codices Vatic. 64 = V et Barber. I 159 = B. Classium duces sunt codices CAV, quibus codices P et B ea tantum de causa addidi, quod sui iuris videntur esse et hic illic collatis ceteris libris de archetypi memoria nos edocent. Atque omnium antiquissimus et praestantissimus est codex C (saec. X.), quem inter libros Aeschineos alterius generis (= *a*) — praeter *ekl* — iure principem locum tenere comparata codicis H memoria certissime comprobabitur. Haud ita multum distat familia codicis A, cum codex V cum socio et magna prole recensitam atque ut ita dicam vulgarem memoriam efficiat.

Postquam haec de codicum generibus praemisi, nunc primum de singulorum quos nominavi codicum cognatione pauca disputemus.

Cum **codice Harl. 5610** = **H** artissime coniunctus est cod. Laur. LVII 12 (L^6), qui eadem fere atque ille scripta eodem ordine complectitur. Descriptus autem videtur esse ex cod. H, antequam hic initio mutilatus est, cum in cod. Laur. ante Apollonii epistolas, quorum numeri (91) quidem in utroque libro conveniunt, — in H supersunt octo epistolae modo —, etiam epistolae Phalaridis, Anacharsidis, Bruti, Chionis, Euripidis, Hippocratis, Heracliti legantur. Qua de causa in epistolographorum memoria investiganda codicem hunc deperditis codicis H partibus substituere licebit. Nescio tamen, num hi versus, qui initio indicis a manu prima velut inscriptio exarati sunt — eos a Byzantino quodam viro docto factos esse conicio propter accentum in syllaba versuum paenultima —

ἐπιστολῶν ἄθροισις ἀνδρῶν πανσόφων,
οὓς ὁ πρὶν ἐβλάστη⟨σεν⟩ ὡς ῥόδα χρόνος,
ὧν ῥεῖ μὲν ἄνθος, ἡ δὲ τοῦ μύρου χάρις
μένει διαρκῶς εἰς πνοὴν εὐωδίας·
καὶ τῶν σοφῶν γὰρ ἡ μὲν ἀκμὴ τοῦ βίου
πτηνῶς παρῆλθεν· ἡ δὲ τῶν λόγων χάρις
μένει διαρκῶς εἰς ἀείμνηστον κλέος

(vide epistolographorum editionem Aldinam initio vol. II), aetatem sapiant eam fortasse, qua epistolarum hic delectus consarcinatus est. Collationem codicis Laur. apud Blassium manibus tenemus, unde lectionum cum H (apud Blass. = A) concentum hic repetere longum est. (Etiam VII 2 τοῖς νόμοις ταῦτα; πολλοὺς ἄλλους; 5 βλασφημούντων cum H congruunt). Hoc solum enoto, raro differentias non ita graves apparere, quae codicem Laur. coniecturis leviter emendatum esse evincunt: menda imprimis in H librarii socordia nata correctione sublata sunt, velut I 1 σκέρωνι (corr. in σκίρωνι); 2 παρήλαττεν; ὥσπερ εἴητε (= ὥσπερ εἴς τι); ἀλλόφυλλον; θαλάσσῃ; 4 ἀφικόμενοι; sed etiam verba genuina codicis H in Laur. omissa sunt: I 5[3] καὶ et εὐμενῶς om. Laur. Correctiones manus recentioris non curo.

Secundum ea quae continet hic annumerandus est cod. Paris. Mazar. 4454 mihi ignotus, qui eundem fere atque cod. H nondum mutilatus epistolarum delectum, ordine tamen inverso, conservavit.

Praeterea libros cum codice H affinitate coniunctos ipse examinavi hos: codices Paris. 2755 et 3044, Paris. suppl. gr. 205, Estens. 191, Palat. 132 (priore loco), qui partem tantum earum, quas H olim habuit, epistolarum retinuerunt. Etenim priores duo codices Parisini epistolas Aeschinis, Platonis, Diogenis, Cratetis modo (ordine inverso) servant, cum in reliquis epistolae Alciphronis et Pythagoreorum (non in Est.), Chionis, Anacharsidis et Apollonii (non in Est., Pal.), Euripidis (non in Pal.), Hippocratis, Heracliti et Diogenis, Cratetis, Aeschinis (vide Laur. LVII 12) exstent. Textus autem omnium horum codicum, qui scripturae erroribus hic illic emendatis (velut in Laur.) et mendis quibusdam singularibus postea acceptis paullum a cod. H recedunt, in universum inter se convenit, quod ut cognoscas hos locos quaeso inspicias: I 1 κορησσὸν H: νηρησσὸν; εἶτα πάλιν, om. ἑσπέρας; 5[3] om. καὶ (cum Laur. LVII 12); ἀσμένως (ἀσμένος Est., om. Laur. LVII 12); VI inscr. τῷ αὐτῷ; χαρίμον H: χαρίνου. Quare communem horum codicum fontem ex H expressum statuere cogimur, ex quo diversi tamen rivuli manaverunt, cum codd. Paris. suppl. 205, Estens. et Palat. non solum epistolarum selectione artius conveniant, sed etiam peculiari hac lectione, quae interpolatorem

arguit I 5 καὶ μὴ πρόσκρουε μήτε τοῖς μείζω μήτε τοῖς ἐλάττω; ex iisdem libris depravata editionum vulgatarum lectio § 4 ἀθρώνῃ originem habuit. Codicem vero Paris. 3044, qui codicis Paris. 2755 frater est, ex hoc codice descriptum esse propter librarii errores quosdam in cod. Par. 3044 statueram, sed iniuria, cum epistolae primae ultima salus ἔρρωσο in cod. Paris. 2755 solo desit, unde itaque codex Paris. 3044 eam servare non potuit.

Ultimus inter hos libros cod. Vindob. 82 stat, mirum in modum compositus, cum epistolas Aeschineas et ex recensione codicis Barber. (fol. 181a = 153; vide cod. Pal. 132 et infra) et ex memoria codicis H (fol. 192a = 164) receperit. Praeter eas ex cod. H certe alios quosdam epistolographorum fasciculos ascivit, Euripidis, Hippocratis et Heracliti (vide codd. Paris. suppl. 205 et Estens. 191), Diogenis quoque et Platonis fortasse, cuius tamen in Vindob. sedecim, in Laur. LVII 12 octo epistolae continentur. Memoria Aeschinea autem codicis Vindob. cum H cognata proxime abest a cod. Paris. 3044, quocum in mendis supra commemoratis concinit; refero insuper congruentias has I 1 μονουχίας (etiam Estens.) et 4 ἵνα μὴ μάθωμεν μὴ πολυπραγμονεῖν, quibus accedunt errores haud pauci in Vindob. librarii negligentia nati I 2 παρήλλακτεν; 3 ἀλλόφυλλον (= H) ἢν νῆσον; 4 fin. νόσον; 5 νόσος ὁδιέπλευσα; συμβαίνει. Neque tamen codex noster ex Paris. 3044 descriptus esse potest, qui et epistolographorum delectu et singulari hoc mendo I 5 τά τ' ἄλλα differt.

Ex antiquissimo librorum eorum, qui Aeschinis orationes et epistolas tradiderunt, **codicem Coisl. 249** = C dico, unus codex incorruptus fere et ipse sat antiquus propagatus videtur esse, cod. Vatic. 199 saec. XIV in., qui miscellaneus est. Etenim cum singulari codicis C memoria in universum congruit, quod epistolis I. et VI. et partibus epistolarum II. et X. collatis intellexi: e. g. conferas has lectiones: II 1 ἡμῖν οἴκοθεν colloc.; 3 ὑπολοιδορούμενος ἀπών; X 1 ὕλην ἄφθονον ἔχειν; 2 ἐστὶ γιγνόμενος; ποιεῖν ἡ ὥρα; 10 εἶτα ξενῶνα ὡς τὸν; χιμώνιον = C. Quin etiam in ep. VI. compendio, quod in C exstat, soluto dedit haec πρέπων ἡμῖν ὦ ἀθηναῖοι καί. Neque tamen deest — mendis orthographicis neglectis — differentia velut I 2 τὰ δὲ πρόσωπα; προβάλλειν; 4 προσεχόμεθα τορῶν· ἢ ἵνα (litteris male distinctis); αὐτοῦ πατρίδι; 5 συμβαίνει; μηδὲ πρόσκρουε (optime, sicut Bekkerus coniecit); VI ἔρημον φίλον ὑπέλαβεν; X 1 οἷα post καὶ αἰγιαλόν; 2 ἐπεξέλθω πάντα τὰ ἐν ἰλιάδι; 10 εἶτ' ἔμπροσθεν. Quibus ut maioris momenti has lectiones addo cum aliis libris convenientes I 2 νόσον ταύτην (cum cett.); 3 κατὰ τὸν πόρον om. (cum H); ἔχει et ψαμμαθοῦντος (cum AVB); λυβικόν (cum B). Quare cum ex lectionibus

singularibus colligere possis codicem hunc iuxta C sui iuris esse, comparatis tamen paucis illis locis, qui cum aliis libris faciunt, codicem Vaticanum profluxisse contendo ex libro, qui ex codice C dependens a viro docto emendatus atque leviter contaminatus erat. Quod probari videtur hac codicis Vat. lectione I 2 *ἀνώδῃ*, quae in codice C solo a corr. 2 profecta in ceteris libris non legitur.

Vix maior est numerus codicum eorum, qui cum **cod. Angel. 44 = A** affinitate coniuncti sunt. Atque supra iam iuxta A codicem Paris. 3003 = P sui iuris esse dixi, quem cum codice A in universum quidem quadrare apparatum meum criticum vel obiter inspicienti apparebit (e. g. conferas epigramma in fine ep. III. additum). Varietatem autem lectionum hic perlustrare necesse est, qua codicem P aliquomodo propius ad similitudinem codicis C accedere cognoscimus, ita ut in stemmate codicum inter C et A videatur ponendus esse: reputes haec I 1 λαμπρῶς CP; σκίρ(ρ)ωνι τῶ ἐργάστη ἀνέμω CP; 2 ταύτην om. A sol.; 3 ὑμεῖς A sol.; ὥσπερ εἴ τι CP: ὥσπερ εἴστι (σ s. v.) A; ψαμμαθοῦντος AV; 4 προσέχομεν CP; II 3 ὥσπερ εἴ A sol.; φανεὶς A sol.; 5 πρὸς διός A sol.; III 3 *ἀλλὰ καὶ ἔγωγε* A sol.; IV 3 τοῦτο τὸ ἔπος coll. A sol.; 4 δαμά(γ)ητον om. A pr. sol., qui item habet λεοκράτους et μᾶλλον τὰ; V 2 δημοσίᾳ δοθῆναί μοι παρεσκεύασεν καὶ coll. A sol.; εἰ καὶ: καὶ εἰς Cpr. P, καὶ εἰ AV; VII 2 θεμισθοκλῆν A sol.; 3 μὲν μέχρι coll. A sol.; VIII ἔγνωκας A sol.; X 1 ἀφικόμενος A pr. sol.; δέκα A: δέκα μὲν cett.; 3 οὐ τῶν ἐπιφανῶν πατρός, om. δὲ A sol.; 4 ἅμα τοῖς τε A sol.: ἅμα τε τοῖς τε Cpr. P, ἅμα τὲ τοῖς V; παρθένων: γαμουμένων A sol.; ἔξω A pr. sol.; εὐπρεπής A sol.; 8 πείθεται εἶναι coll. A. sol.; 10 εἰτάμπροσθεν CP, εἶτα πρόσθεν A_2; ξενῶνα ὡς τὸν CP, ξενῶνα · ὥστη A_2; XI 1 ἔργον ἐφαίνετο coll. A sol.; 2 μηδὲν ἃ διά τισιν A pr., litteris male distinctis pro μηδὲ ῥάδια τισὶν CA_2 et simil. P; 3 γε: με CP = μὲν V, τε A; 4 χρὴ, om. με A sol.; 6 μὰ: μετὰ A sol.; 7 μέντοι CP: μέντοι γε A, δὲ V; 8 ὑμῶν A sol.; 10 εἰς τὰ πράγματα om. A pr. sol.; 12 ἕως ἂν A pr. sol.; XII 5 ἐκ τῆς πατρίδος A sol.; 14 παίδων: λόγων A pr. sol.; 15 τελευτήσαντος A sol.; αὐτοῖς, om. τε A sol.; 16 μείζω om. A pr. sol. Neque tamen desunt lectiones, quibus P a CA distat, hic illic cum memoria codicis V congruens, velut: II 4 ἐλπίδα ἔτι ἔχοντα PVB: ἔτι ἐλπίδα ἔχοντα C, ἐλπίδα ἔχοντα ἔτι A; V 3 ὑπερασπάζεσθαι PV: ὑπερασπίζεσθαι CAB; 6 ἀλῆσι CApr. > ἀλήσει P > ἄλσει VB; 8 σεαυτὸν PVB: σαυτὸν C, αυτὸν A pr.; X 1 ὕλην ἔχειν ἄφθονον PVB = ὕλην ἄφθονον ἔχειν C: ἄφθονον ἔχειν τὴν ὕλην A sol. Minutias non curo earum praesertim lectionum codicis P, quae ab aliis omnibus differentes librariorum certe erroribus tribuendae sunt, hoc uno loco vix excepto XII 4 κρείττων P editt.: κρείσσων cett. Raro etiam ordo

verborum in P librarii cuiusdam socordia confusus est, quamobrem casu evenisse probabile est, ut collocatio verborum VII 2 τοῖς νόμοις ταῦτα in H et Ppr. (corr. 2) congruat.

Differentia autem, quae inter A et P intercedit, maximam certe partem contaminatione cum codice familiae C orta est, quam facere non possumus quin statuamus ex hoc loco: I 2 τὴν νόσον AVB:
η
τὴν νῆσον C, τὴν νόσον P pr.: correctio enim in cod. P a manu prima profecta exemplar illud, ex quo cod. P descriptus est, lectiones familiae C contaminatione recepisse ostendit. Quo ut temporis ratione spectata codicem P ad ipsum codicem A libro quodam contaminato interposito referamus animum inducimur. Attamen haec sententia firmis argumentis redarguitur, quae petenda sunt ex iisdem neque tamen omnimodo paribus codicum AP lacunis. Provoco praeter X 10 et XI 15 maxime ad XI 7 προσήκειν οὖν καὶ Cpr. P: προσήκειν (lac.) καὶ A pr., οὖν in lac. 4 litt. add. 2; ἐπιστέλλομεν: ἐπιστέλ in lac. 5 litt. add. A_2, ε(lac.)λομεν P; μὲν ἡμῖν: μὲν in lac. 3 litt. add. A_2, δὲ P; ὑμῖν δότωσαν: ὑμῖν om. P, in lac. 3 litt. add. A_2; ἀπέφθου: (lac.) φθου A pr., ἀπέ in lac. 3—4 litt. add. 2, ἐφθοῦ P. Nimirum neque ε(lac.)λομεν neque ἐφθοῦ in P ex codicis A lectionibus effici potuit, quare et A et P ex communi archetypo iam lacunoso originem duxisse mihi constat. Sed cum codicem illum, ex quo P descriptus est, cum cod. C contaminatum iam fuisse cognoverimus neque tamen enucleare possimus, quantum cod. P contaminato huic libro, quantum archetypo debeat, in textu recensendo cod. A certe solus de familiae suae lectionibus consulendus est.

Codex P pater est codicis Laur. LX 28 (L^3), quem Blassius non ita accurate excussit, ut necessitudo ubivis clare eluceat. Discrepantia quidem haud raro invenitur, ex qua e. g. has codicis Laur. lectiones profero: I 1 τὴν βίων; 3 ψαματοῦντος; II 2 ὑστερίζειν; νῦν, om. δ'; 3 ἐπιβάλλεις; 5 εἰ τοῦτο; ἀκμάζοντες; III 1 ἄλλοι, om. πάντες; ἐγὼ, om. δὲ; IV 2 ὢ ται: ὅτι; 3 om. τοῦ θηβαίου; τοῦτο, om. ἐστι; οἱ θηβαῖοι; 4 οὗτος δὴ, om. ὁ; 6 ὥσπερ, om. καὶ; V 1 οὔτ': οὐδὲ; 4 τε καὶ ἀγρίων; 5 ὅσον, om. καὶ; 7 colloc. καὶ ἀλλὰ; VII 1 ἡμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν ἀπεδεξάμην φιλανθρωπίαν; 3 δίκαιον, om. τὸν; 4 ὑμᾶς; VIII νυνί; X 4 τὸ λόγος; 5 ἁρπάξας; 10 τοσαύτῃ, om. ἡ; γράφειν: ἐπιστέλλειν (sic!); XI 3 ὥσπερ οἱ ἄλλοι; ὅτι, om. τῶν; 7 ὁ θεμισθοκλῆς; οἱ τὰ, om. τῆς; τοσοῦτον; 8 δοκοῦντα; ὑμῶν (= A); 12 αὐτοὺς, om. αὐτίκα; 13 κατελούσετε; ἀναγκάζοντες; καλῶς; XII 4 ἐκατηγορούμην; 5 οἶμαι; 6 γιγνομένων; 11 μισθώτην; 13 γενηθέντας (= Barb.; recep. Blass.); 14 μὲν τοῦ λυκούργου; 17 γὰρ ἂν αὐτάρκης. Sed facile ex indole varietatis cognoveris, haec esse calami lapsus vel

omissa vel addita nulla interpolandi intentione, qualia librario conveniunt operi suo minus intento. Quod aliis quibusdam probatur codicis Laur. lectionibus, quae ex codicis Parisini scriptura male intellecta explicationem habent, velut V 6 ἅπαν in P per compend. > ἃ περὶ Laur.; VII 4 πολλάκις in P per compend. > πολλὰ καὶ Laur.; VIII αἰτιᾶ P accentu cum α coniuncto > αἰτιῶ Laur.; XI 1 ἀφῃρεῖσθαι P pr., ἀφαιρεῖσθαι P corr. rec. = Laur. (sic!); 8 ἄρης in P per compend. > ἄρα Laur.; XII 2 κατα | στήσας P, sed altero α in fine versus ex ε ut vid. correcto > κατέστας Laur.; 4 ἐμῶν om. P pr., s. v. add. rec., sed ita ut ἡμῶν legi possit, unde ἡμῶν Laur. Lacunae eaedem sunt in P et L[3] VII 7 ε(lac.)λομεν; 13 ἀπεχρήσατο ++++΄+++ (cum ras.) P pr., item cum lac. 6— 7 litt. Laur.; nescio autem cur Laur. in XI 9 ὀλιγωρίσ cum lac. 3—4 litt. habeat, cum in P perspicue scriptum sit ὀλιγωρήσομεν. Correctiones codicis Laur., quas manus recentior praestitit, ex libro cum L[4] familiaritate copulato depromptae sunt, cf. X 1 λέγων pr., ει supra ω add. 2; ἐπιτρέπει ἡ ὥρα pr., ὁ νόμος καὶ in mg. add. 2; 10 εἰτ+ μπροσθεν pr., εἰς τοὔμπροσθεν corr. 2.

Maximam codicum Aeschineorum partem complectitur familia codicis Vatic. 64 = V, praeter quem cod. Barb. I 159 = B suis legibus utitur.

Atque ex **codice Vaticano** quattuor hi libri Helmstad. 806 = *p*, Paris. 2832 et 3054, Laur. LXX 19 = L[4] originem traxerunt, quod de cod. *p* iam antea cognovi, cum epistolarum Isocratearum memoriam tractarem: evolvas quaeso ea, quae loco supra commemorato p. 358 sq. de hoc codice ac praecipue de mendis eius ex codicis Vat. scriptura explicandis conscripsi. Hic addere sufficiat, codicem *p* Aeschineum in universum cum cod. L[4] convenire, quod vel ex apparatu Blassiano quamvis parum accurato facile perspicitur (Videas etiam ea, quae de vita Lysiae dixi pag. 10 not.). Codicem L[4] autem ad V redire ex accurata hac epistolae I. collatione (cum edit. Blassiana) manifestum erit, cui codicis *p* lectiones, apud Blassium quidem non satis diligenter enotatas inserui: 1 μουννυχίας (*p*); κορασὸν (*p*) cum V sol.; κίον cum V sol., κίων *p*; καθήσαντες (*p*); καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος (*p*) cum *a*; om. πάλιν (*p*) cum *a*; 2 ἐμπίμπλαντο (*p*) = ἐπίμπλαντο HA, ἐπίπλαντο VB; ἐγίνοντο (*p*) cum V sol.; ἐγίνοντο (*p*) cum VBP; δὲ ἐτίθεντο (*p*) cum V sol; προσβάλλειν (*p*) cum *a*; 3 ὥσπέρ τι, om. εἰς (*p*) cum V sol.; θαλάσσῃ (*p*) cum VBAPH; ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους (*p*) cum *a*; νυκτὸς ἀποφεύγοντες (*p*) cum VB; ἔχει (*p*) cum VBAP; εἰς κρήτην (*p*) cum *a*; ψαμμαθοῦντος cum VBA; 4 συνόπτῳ (*p*) cum VB sol.; ἀπ' ἀρκτίου (*p*) = ἀπάρκτιον V; πάλιν ἐφερόμεθα πέντε (*p* ?); ἐν τῇ θαλάττῃ (= *p*); γενόμενοι:

ἐν αἷς (*p*) = ἐν οἷς V sol.; πορώνῃ (*p*) cum V sol.; ἐπήνειον; πολὺ ῥᾶον; ἔχω σοι (*p*); συμβαίνοι (*p*) ex συμβαι^{v} V sol.; μήτε πρόσκρουε (*p*) cum *a*. Videsne, quanta sit codicis L^4 cum codice V congruentia, quae neque paucis illis librariorum erroribus velut καθήσαντες, ἐμπίμπλαντο, ἐν τῇ θαλάττῃ, ἐπήνειον, ῥᾶον, ἔχω minuitur, neque aperta hac interpolatione tollitur § 4 πάλιν ⟨ἐφερόμεθα⟩, quae occassionem dedit correctioni ἐν αἷς ad νύκτας relatae. Neque aliter iudicandum est de lectione XI 7 οὐ χείρους εἰσί, quam interpolationem Blassius ex *p* L^4 iniuria in textum recepit. Plura ex apparatu Blassiano (et Reiskiano) si velis expisceris; ipse haec attulisse satis habeo.

Intima affinitate in epistolis et Aeschineis et Isocrateis cum cod. L^4 ligatus est cod. Paris. 3054, qui librariorum mendis haud ita maculatus (habet vero ἐμπίπλαντο, ῥᾶον, ἔχω), interpolationem tamen supra notatam (ἐφερόμεθα — ἐν αἷς) passus est. Librarius recentior textum hic illic mutavit sive alio quodam exemplo adhibito (VI δέξῃ pr., ὑπο s. v. add. 2) sive de suo periclitatus velut I 1 κίον pr., κίου corr. 2 et § 4 κορώνῃ (ci. W.) pr., κυρήνῃ corr. 2 (recte fort.!). Sed archetypus codicis nostri iam ex alio libro correctus erat, cum varietas haec manus primae VI ἀλλ' ἔτι τις pr., τι induct. et στιν ἔτι s. v. addit. codicis A lectionem in archetypum illatam ostendat; quomodo tales quoque explicantur lectiones quales invenies XII 17 προσέχοιτε *p* L^4 Paris. 3054 et 2832 = C_4AP pr., προσέχοιμι V, προσέχειν BP_3.

Ad eundem archetypum inter cod. V et libros recentiores interponendum cod. Paris 2832 redit, quem ex cod. L^4 descriptum esse affirmarem, nisi collectio epistolarum in cod. Paris. servata a cod. Laur. omnino diversa esset: in codice Paris. enim eadem menda atque in Laurentiano exstant (sed ἐμπίπλαντο et ἐπήνιον), quae aliis nonnullis aucta sunt I 2 λευκὰς ἐγίνοντο, παρήλαττεν (= H: forte), 4 κορώνῃ (cf. Par. 3054, ci. W.), 5 πολυτεύου. Ex archetypi autem memoria iam corrupta singulares huius familiae lectiones velut X 2 τάφων: γάμων cum *p* L^4; ἡ ὥρα ποιεῖν: ὁ νόμος ποιεῖν καὶ ἡ ὥρα cum *p* L^4 etc. enatae sunt.

Codicem Barb. 159 = B cum codice Vatic. 64 ad eundem revera archetypum revocandum esse meum est paucis demonstrare, cum a Max. Heyse certior factus sim, in orationibus codicem B artius — contaminatione fortasse — cum codice Coisl. = C consociatum esse. Attamen tantum abest ut de codicis illius cum V necessitudine in epistolis quidem dubites, ut eum ex V potius originem duxisse facile concedas, si e. g. epistolae X. varietates has perlustraveris:

1 οὐ κήδους cum VA_2; κατὰ θέαν: ἔστιν ὅτε κατὰ θέαν V = ὅτε κατὰ θέαν B; ὕλην ἔχειν ἄφθονον cum VP; 2 ἐν τῇ ἰλιάδι cum V sol. (recte); ἐστὶ γινόμενος cum V = ἐστιν γιγνόμενος C; 3 καλλιρόη cum V sol.; λουσαμένη cum V sol.; 4 ἅμα τε τοῖς coll. cum V sol.; θέμις αὐτοῖς cum V sol.; 5 πολλὰ cum V sol.; γίνεται cum VP; 6 γίνεται cum V sol.; 8 ἄτταλον cum V sol. (recte); 10 δοκεῖν om. cum V sol.; εἰς τἄμπροσθεν cum V sol.; ὡς τὸν ξενῶνα cum V sol.; παθὼν cum V sol. Omnino nulla fere lectio, quae in V singularis est, praeter errores nonnullos librarii in B correctos — 2 μένει; ὅσω; 4 τῶν γαμουμένων: om. τῶν; 5 μετὰ: με; 6 τέταρσιν; γαμηιμέναι; 7 δι'αὐτὸν ἀπολωλέναι δι'αὐτὸν; 8 ἀνηγγόρευσεν (sic!); 9 ἐπ'εὐηθείας; δὲ οὐ οὐκ; 10 ὀπιστοδόμου — in cod. B non recurrit, qui tamen aliis quibusdam mendis ipse maculatus est: 3 ἀπ'αὐτοῦ: π'αυτοῦ; 6 ἔδοκα; ἔκπτυστον; 7 ἐπεβάλετο (sic!); καταριθμώμενος; 9 γεγονὸς αὐτὸ; 10 διονυσίου. Codicis autem B ex alio libro correcti hic nullum est vestigium, quare quandoquidem bis vocula in V omissa (8 πολλὰς; 10 σχετλιάσοντι) in B reperitur, codicem hunc non ex V descriptum, sed ex eius archetypo aliquanto melius conservato ductum esse veri est simile.

Paululum diversa est epistolae I. conditio, quae codicis B archetypum mediocriter contaminatum interpolatumque iam fuisse demonstrat. Fundamentum sane verborum traditorum hic quoque textus familiae V est, quod ex his lectionibus in B cum V solo congruentibus colligas: inscr. αἰσχίνου ῥήτορος ἐπιστολαί; 2 ἐπίπλαντο; 3 νυκτὸς ἀποφεύγοντες; 4 συνόπτω (cf. συνόπτ+ω cum ras. A). Quibus locis adminiculum haud invalidum dant scripturae nonnullae codicis B non nisi ex familiae V memoria explicandae: 2 λευκοὶ ἐγίγνοντο: λευκοὶ ἐγίνοντο V > λευκοὶ ἐγένοντο B; 3 ὥσπερ εἴ(ς) τι: ὥσπέρ τι V > ὡς περί τι B; 4 γενόμενοι H: γένοις CA > γ'ἐν οἷς P > ἐν οἷς V > ἐφερόμεθα ἐν οἷς B; ἀερώνῃ H: πορώνη V > τορώνη B, praeter quas commemoranda sunt menda quaedam librarii socordia vel forsitan libidine facta: 1 κίων HCA, κίον V = κέω B; 2 πυρετὺ δ'οὐκ B; ὑπελλάμβανον B; 3 ᾠχόμεθα: ὀρχόμεθα B; 4 λυβικόν B; ἐπίνηόν τι B; μοι om. B. Atque lectio § 4 πάλιν πέντε νύκτας ἐν θαλάττῃ ἐφερόμεθα ἐν οἷς comparanda est cum codicum *p* L^4 Paris. 2832 3054 ex V deductorum memoria πάλιν ἐφερόμεθα πέντε νύκτας ἐν (τῇ) θαλάττῃ ἐν αἷς, quae idem interpretamentum, sed alio loco, in textum interpositum ostendit. Qua de causa nisi forte codicis B archetypum et codicum illorum fontem invicem interpolationem hanc accepisse statuimus, codicem B originem duxisse conicias ex illo libro, quem inter V et *p* L^4 cett. intermedium esse cognovimus. Qui liber cum ex alio iam correctus vel potius corruptus fuerit, eas quoque codicis B lectiones quamvis paucas, quae cum aliis codicibus faciunt, ad archetypum illum referre in promptu

est velut I 1 χορησσὸν HB: χορεσσὸν CA, κόρασον V; 2 ἐπείθοντο[ων] H: ἐπύθοντο CAB, ἐτίθεντο V; 4 ἀπ'ἄρκτων HC > ἀπ'ἄρκτου A > ἀπάρκτου B > ἀπάρκτιον V (> ἀπαρκτίου R. Bk. Bl.); προσέσχομεν HAV: προσέχομεν CB. Neque vero negaveris, differentiam hanc cum cod. V etiam ex communi codicum VB archetypo explanari posse, cuius memoria aut in V (velut κόρασον, ἐτίθεντο, ἀπάρκτιον) aut in B (velut προσέχομεν) librariorum negligentia pessumdata fuerit.

Quae cum ita se habeant, utrum codex B ex ipso cod. V uno libro intermedio natus sit, ut in apparatu critico mentionem eius habere nihil attineat, an ex codicis V archetypo profluxerit, ut liber sui iuris sit, pro certo diiudicari vix potest. Verumtamen in cod. B solo interdum genuinae memoriae vestigia superesse videntur, quae omnia hic affere par est: IV 1 sq. δαμαγήτου BA_2: δαμάτητον CA pr. P, δαματήτου V; XI 10 ἀντιπάλους B: ἀντιγράφους cett.; 11 fin. ἐστι· δεῖ B: ἐστιν ὑμῖν· δεῖ cett.; XII 10 ἑαυτῶν B: ἑαυτοῦ cett.; 13 γενηθέντας B: γεννηθέντας cett. Quae opinionem subiciunt, codicem Barberinianum, qui certe alicuius pretii est, iuxta cod. V suis legibus uti, etiamsi optimas illas lectiones coniectura potuisse inveniri non nego. Quamobrem me non esse vituperandum existimo, quod codicis B quoque varietatem in apparatum criticum recepi, praesertim cum ex hoc codice sine dubio magna codicum Aeschineorum pars originem traxerit.

Libri enim, qui ad ipsum codicem B redeunt, sunt hi: codd. Paris. 1760 et 3052; Laur. LVIII 6 = L^1, LIX 5 = L^2, LX 4, acqu. 50 = L^5; Urb. 116 = *c*; Barb. II 2; Ambros. E 87 sup., E 113 sup., I 22 sup., M 41, Q 13; Estens. 25; Vindob. 82 (parte priore); Palat.-Heidelb. 132, inter quos proxime ad B accedit cod. Barb. II 2 — qui tamen VI modo priores epistolas continet — ad litteram fere eundem verborum traditorum typum repraesentans: in ep. I bis minutiis tantum discrepat § 1 ἡμέρας ἐννέαι et § 2 ανωδον ex ἀνώδ+ (cum ras.) B. — Haud multo longius absunt codd. Urb. 116 = *c*, Laur. acqu. 50 = L^5, LX 4, Ambros. E 87 sup., E 113 sup., Q 13, qui menda quaedam codicis B correctione sustulerunt (videas haec I ἐγένοντο, πυρετώ, ὑπελλάμβανον, ὀρχόμεθα, προσέχομεν, om. μοι). Praeterea in codicibus Ambrosianis legitur I 2 ἐπίμπλαντο, cum cod. E 87 sup. a ceteris leviter discrepet in I 4 πνεύσαντος ὑμῖν et 5 ῥάων ἐγινόμην. Codices autem *c* L^5 Laur. LX 4 novis quibusdam erroribus illatis inter se congruunt: I 2 ἀλγιδόνες; ὑπολάμβανον (Laur. LX 4 sol.); 3 ποικήλους; κατὰ πόρον, om. τὸν (L^5 sol.); 4 τῇ αὐτοῦ πατρίδι (cum Vat. 199); 5 ῥᾶον (Laur. LX 4 sol.); ἔλατον (Urb. sol.). — Itidem ex codicis B stirpe artius inter se cohaerent codd. Paris. 1760 et 3052

et Vindob. 82 (vide excerpta historica de Porcia et Cleopatra in his codicibus), qui iisdem atque in codd. Urb. 116 cett. erroribus correctis cognationem aliis nonnullis ostentant: I 1 μουνυχίος; καθή-σαντες Paris. 3052 sol. (cum L^4); δ'ἡμέρας; 2 ἐπί+πλαντο Paris. 1760, ἐπίπλαντο Paris. 3052 (cum VB); ἀνώδυνα Paris. 1760 pr., δεῖ s. v. rec. = ἀνώδυνα Vindob.; ἀλγιδόνες (cum *c* cett.); παρίλαττεν Paris. 3052; 3 ἢ νόσον ἐν Paris. 1760, 3052; 4 ἧμεν: ἡμῖν; τῇ αὐτοῦ πατρίδι (cum *c* cett.); τέσσαρσιν; ἐπινεῖον Paris. 1760 pr., η s. ει add. rec. = ἐπινεῖον Vindob. pr., η ex ει corr. 1; 5 ὡς δὲ: δὲ om. Paris. 3052; ῥᾶον Paris. 1760, 3052 (cum Laur. LX 4); πολυτεύου Vindob. Quibus ex mendis nonnulla iam in codd. *c* L^5 Laur. LX 4 deprehenduntur, ut ex communi fonte videantur derivati esse, cum ceteris corruptionem in codd. Pariss. et Vind. longius iam processisse demonstretur. Codicem Paris. 3052 autem ex Paris. 1760 descriptum esse persuasum habeo, qui codicis Vindob. frater putandus est.

In omnibus his libris codicis B memoria admodum pura et a contaminatione intacta mansit, quod ceteris quoque quos inspexi locis mihi cognitum pluribus hic evincere longum est. Textum vero aliquo modo iam inquinatum cod. Laur. LIX 5 = L^2 praebet, qui in reliquis cum codd. *c* L^5 Laur. LX 4 familiaritate coniunctus est: praeter eadem enim menda correctione sublata hos conferas scripturae errores: I. ἀλγιδόνες, ποικήλους, ἧμεν: ἧμιν, τῇ αὐτοῦ πατρίδι, quibus codicem L^2 ex eodem archetypo atque libros modo laudatos ductum esse probatur. Accedunt tamen lectiones nonnullae velut 3 ὥσπερ εἴς τι cum A corr. pr.; νυκτὸς ἔτι φεύγοντες cum H; ἵνα μὴ μάθωμεν colloc. (cf. cod. Vindob. 82 poster.), quae iam exemplar, ex quo L^2 descriptus est, leviter contaminatum fuisse probant.

Eadem fere ad cod. Laur. LVIII 6 = L^1 pertinent, cuius in ep. I. varietatem cum codd. *p* L^4 maxime congruentem appono: 1 καθήσαντες (= *p* L^4); 2 δὲ οὐκ ἐγίνοντο (= *p* L^4); 4 ἀπάρκτου (= B) pr., ἀπαρκτίου ex *p* L^4 in mg. 2 (R. Bl.); ἐν θαλάττῃ ἐφερόμεθα ἐν αἷς (cf. *p* L^4);

ι

προσέσχομεν (= AV *p* L^4); τῇ αὐτοῦ πατρίδι; 5 καὶ ταυτην μὲν pr.; συμβαίνει. Aliae autem nonnullae lectiones ad cod. C redeunt: 2 τὴν

ο

νῆσον ταύτην; 3 ὥσπερ εἴ τι; 4 λιβυκόν. Plura de contaminatione archetypi codicum L^1 et L^2 ex apparatu Blassiano petas.

Haud multum a codice L^1 distant codd. Ambrosiani I 22 sup. et M 41, quibus in epist. I. haec memoria a codice B discrepans communis est, scripturae mendis, quae iam in codd. *c* L^5 correcta erant, in censum non vocatis: 1 οὐκ ἐγίγνοντο = HCA, 3 ὥσπέρ τι = V; θαλάττῃ = C; ψαμαθοῦντος = HC; 4 λιβυκόν = HCA; ἐφερόμεθα ἐν αἷς;

προσέσχομεν = HAV; ἐπίνειόν τι = HCAV. Inter quas cum lectiones typis distractis expressae cum codd. *p* L^4 (vide L^1) congruant, praeter codicem C etiam hos libros ad textum hunc efficiendum aliquid valuisse concedendum est. Ceterum cod. Ambros. I 22 sup. aliquantulum propius a codice B abest, cum his modo locis a codice B solus differat: 1 κείω (?); 2 ἐπίμπλαντο = HA; ἐπίθοντο; 3 ἔχοι = C. Cod. M 41 vero gravioribus nonnullis, si testi meo fides est, solus a B recedit: 2 ἐμπίμπλαντο = *p* L^4; προσβαλεῖν = H; 4 ἐν πελάγει ἐφερόμεθα (cum codd. Harl. 5635 et Paris. 3002, ad quem videas quae annotavi).

Cum cod. Ambros. M 41 autem coniungendus est cod. Estens. 25 (vide eundem epistolarum ordinem, epistola XII. ante primam posita), qui et ipse originem ex cod. B ductum omnibus partibus prae se fert. E. g. has epistolae X. lectiones inspicias: 1 οὐ κήδους; ὅτε κατὰ θέαν; ὕλην ἔχειν ἄφθονον; 10 θάλατταν εἰς τἄμπροσθεν· εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα; σχετλιάσοντι καὶ ἐμοῦ κτέ. Atque codicis Ambros. M 41 memoriam haec verba redolent I 2 ἐπίμπλαντο; 3 ὥσπέρ τι; θαλάττῃ; 4 ἐν πελάγει ἐφερόμεθα; προσέσχομεν, quibuscum aliae nonnullae conveniunt lectiones ad *p* L^4 vel ad *c* L^5 referendae: 1 καθήσαντες; 4 τῇ αὐτοῦ πατρίδι; τέταρσιν; 5 συμβαίνει (= L^1). — Codices ergo L^1, Ambros. I 22 sup. et M 41, Esteus. 25 ad codicem B redeunt hic illic memoria codicum *p* L^4 (ex V) atque C immixta.

Denique hic commemoranda est codicis Palat. 132 pars posterior — de priore vide p. 16 —, quae epistolas II. ad VI. et VIII. ad XII. ex codicis B memoria leviter ut videtur contaminata recepit. Quam cognationem epistolae X §§ 1, 2, 10 varietate (cum edit. Blass.) allata probo: 1 οὐ κήδους = A_2VB; ὅτε κατὰ θέαν = B; ὕλην ἔχειν ἄφθονον = PVB; δέκα μὲν γλῶσσαι, δυναίμην (om. ἄν) = CPVB; 2 ἐστὶ γινόμενος = VB; οἱ πλεῖστοι = *a*; ἡ ὥρα ποιεῖν = APVB; 10 ἤ ποῖ CVB; δοκῶ om. = VB; διονυσίου = B; τοῦτο ἐκεῖνος sol.; μελανιππίδην = APVB; θάλατταν εἰς τἄμπροσθεν· εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα = VB; ὃν et ἄλλος et ὑπομείνοι = *a*; σχετλιάσοντι καὶ ἐμοῦ = CAPV. Levem autem archetypi contaminationem hac lectione II 2 οὔτε διενοχλοῦσί σοι οὔτε = C deprehendisse mihi videor, nisi forte formam compositam διενοχλοῦσι in Palat. e librarii libidine natam esse existimaveris: praeter eam enim in ep. II. et X. nullum contaminationis vestigium observavi.

Atque hactenus quidem de codicibus purae memoriae vel ex eiusdem generis memoria leviter contaminatis, quorum familiaritatem uno alteroque loco inspecto cognoscere in promptu est. Difficilior est quaestio **de codicibus graviter contaminatis,** quorum fons primus aliquando ex duobus tribusve aliis inquinatus vix reperitur.

Atque pro rata parte facile est iudicium de iis libris, qui ipsa epistolarum collectione originem a cod. H ductum arguunt. Nonnulli enim codices duplicem epistolarum recensionem, quae in codd. Vindob. 82 et (ex parte) Palat. 132 est, in unum ita coegerunt, ut epistolis I. VI. VII. III. ex H depromptis ceteras II. IV. V. et VIII. ad XII. ex alia memoria adnexuerint. Quod accidit in codd. Vatic. 67 et 1354, ex quibus cod. Vat. 1354 epistolographorum corpus cum scriptis Callinici, Hadriani etc. coniunctum certissime ex cod. H traxit, cum in Vat. 67 praeter Aeschinis orationes et epistolas etc. Bruti tantum et Phalaridis epistolae exhibeantur. Atque in cod. Vatic. 1354 epistolae I. et VI., quas excussi, aperte cum cod. H conveniunt paucis librariorum erroribus, raris ex contaminatione mutationibus illatis: cf. differentiam hanc I 1 σκίρωνι cum AV; 2 λευκοὶ ἐγίνοντο cum V; τὰ κάτω: om. τὰ; παρήλλαττεν cum *a*; δὲ ἐπύθοντο cum CAPB; τινάς: τινῶν; 3 εἴητε et ἀλλόφυλλον et 4 ἀφικόμενοι correct. ex *a*; 5 ἐδέξατο, om. καὶ cum L^6; καὶ ταῦτα μὲν H: καὶ ταῦτα, om. μὲν; συμβαίη; εὐτύχει καί: om. καί; ἔρρωσο translatum ad finem ep. VI. Contra in epistolis II. et V. puram fere codicis A iam correcti memoriam inveni: cf. e. g. X 1 οὐ κήδους cum A_2V; ἄφθονον ἔχειν ὕλην, om. τὴν = A (correct. ex CV: om. τὴν); δέκα μὲν γλῶτται, δέκα δὲ στόματ' εἶεν cum A_2; 2 ἐν ἰλιάδι, om. τῇ cum CA; ἐστὶ γινόμενα cum A; 10 εἶτα πρόσθεν· εἶτα ξενῶνα ὥστη ἀνέμω cum A_2; παθόντα cum CA. Sed ex VB quoque nonnulla sumpta sunt, cf. II 5 τοῦ γήρως σου cum VB.

Aliter textus in cod. Vatic. 67 se habet, qui ipse quoque in ep. I. quidem codicem H sequitur, sed gravi contaminatione ita foedatus est, ut non multum absit, quin alterius recensionis memoriam fontem illi primum subesse existimemus. Lectiones enim, quibus a cod. H recedit, cum altera recensione plerumque congruunt et hic illic vestigium cognationis cum codd. Pariss. 2775, 3044 etc. ex H derivatis proferunt: I 1 μουνυχίας pr., μονουχίας s. v. corr. 1 (rubro, cum Estens. 191, Vindob. 82 post.); σκίρωνι cum AV; εἰς κρασάντην κίωνα (ult. α s. v.) pr. = εἰς κόρασον τὴν (V) κίων (HCA), γρ. εἰς νηρησσὸν τὴν κίων s. v. 1 (rubro = Paris. 2775 etc.); καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος in textu (cum *a*), γρ. σκαιὸς γὰρ ἦν ὁ ἄνεμος in mg. pr. (= H); πάλιν om. pr. (cum *a*), s. v. add. 1 (rubro = H); 2 λευκοὶ ἐγίνοντο pr. (= V), γ post γι inseruit pr. (= HCA); δὲ οὐκ et οὔτε ἀλγηδόνες et παρήλαττεν et 3 εἴητε et ἀλλόφυλλον correct. sec. *a*; ὡς δ' ἐν (= Paris. 2755 etc.); ἀθρώνῃ (= Paris. suppl. 205, Estens. 191, Palat.); μὴ μάθωμεν colloc. (cum Vind. 82 post., L^2); 5 ἀσμένως (= Paris. 2755 etc.); ἀλλ' ὡς (= Paris. 2755 etc.); καὶ μὴ προσ— pr., κρουε μήτε τοῖς in mg. et πλέον σου in ras. corr. pr. (= H). In epistola II. vero

codicem V, in ep. IV. et X. codicem C fundamentum recensionis esse cognovi, ut verborum traditorum contextus ex tribus fontibus mixtus appareat: conferas quaeso haec II 3 ἀπὼν ὑπὸ σοῦ λοιδορού-
ω
μενος cum V; νομισθεὶς ποτὲ δὲ οὐδὲν ἧττον = V contam. cum C; ἐκπέμπειν habet cum C_4V; 4 ἐλπίδα ἔτι ἔχοντα colloc. cum V; 5 πρὸς τοῦ διὸς cum CPV; προσθεὶς (= C) αὐτοῦ; τοῦ γήρως σου = V; πολὺ cum CA_2V; γενόμενοι om. cum V. — IV 1 δοκεῖ σοι colloc. cum CA; ἀνδρὸς cum C; ἀρίφρονά τε ἐκ δαμάτητον cum C; πυνθάνῃ cum C; ὅν που καὶ cum C etc. — X 1 οὐ κύδους cum CA; ὕλην ἄφθονον ἔχειν cum C; 2 ἐπεξέλθω cum C; ἐν ἰλιάδι cum CA; γιγνόμενα = A, (γιγνόμενος C); ποιεῖν ἡ ὥρα colloc. cum C etc.

Similiter iudicandum est de codd. Laur. LVII 45 = L^7 et Vindob. 57, qui eadem fere scripta, eundem fere epistolarum delectum ex cod. H profectum continent, ut hos libros inter se cognatos esse aperte eluceat. Ex Aeschinis autem epistolis hae solae servatae sunt I. II. III. VI. VIII. VII., unde iam codicis H memoriam ad codices L^7 Vindob. efficiendos plurimum valuisse cognoscimus. Quod firmatur textu in ep. I. III. VI. ex codd. H et C(A) contaminato, cum ep. VII. cum cod. L^6 ex H ducto vix discrepet, ep. II. et VIII. in universum codicem C sequantur. Atque de ep. VII. ad apparatum Blassianum lectorem delego; ad ep. II. scripturas codicum L^7 Vind. cum edit. Blass. differentes hasce enoto: II 1 ἀπέστειλεν L^7 Vind. (α in L^7 a rubricat.); ἐπηρεάζεις (A_2) L^3 L^7 = ἐπηρεάζῃς Vind.; ὀνειδίζεις (AV) L^3 L^7 = ὀνηδίζῃς Vind.; ἡμῖν οἴκοθεν colloc. C L^7 Vind.; διελέχθης C = διαλέχθης Vind. (L^7?); οὐκ ἀπηκὸς Vind.; σου om. *a* L^7 Vind.; 2 ὥστε *a* (L^7?) Vind.; ἔγωγε καὶ: καὶ om. L^7 Vind.; ἐχρημάτιζον *a* L^7 Vind.; μοι: μὴ C; νῦν δὲ CA: δὲ om. L^3 L^7 Vind.; οὔτε διενοχλοῦσί μοι οὔτε L^7 Vind. (ex C); ἔτι καὶ: καὶ om. L^7 Vind.; 3 ἐβλασφήμει, σὺ μὲν ἴσως L^7 Vind.; φέρον Vind.; καὶ φθόνον: καὶ om. L^7 Vind.; πόλει: γνώμη L^7 Vind.; οὐκ ἂν: οὐ L^7 Vind.; ὑπὸ σοῦ λοιδορούμενος ἀπών colloc. L^7 Vind. cum C_3A; φανεὶς A pr.:
ω
νομισθεὶς L^7 Vind. cum cett.; δὲ οὐδὲν codd.; ἧττον L^7 pr. (cf. Vat. 67); νυνὶ CL^7 Vind.; ἐκπέμπειν om. C pr. AL^7 Vind.; 4 μηδεμίαν ἐλπίδα ad ἀμύνασθαι om. L^7 Vind.; ἡμῖν αὐτοῖς codd.; ἔχει τῶν τοῖς C; μηδ' ἑαυτοὺς L^7 = μηδὲ αὐτοὺς (L^4) Vind.; ἔτι σώζειν colloc. L^7 Vind.; 5 πρὸς διὸς A sol.; προσθεὶς αὐτῷ τε CVL^7 Vind.; τῷ γήρᾳ σου CL^7 Vind.; αἰσχίνης τὰ μὲν εἰς V pr. (τὰ μὲν expunct.) = L^7 pr.; καὶ πολὺ CA_2V: om. L^7 pr., καὶ πολλοὶ (= A pr.) s. v. add. = Vind. Codicem igitur Vindobonensem ubique fere cum cod. L^7 consentire, praeter menda quaedam postmodo illata, ex lectionibus eis quas attuli manifestum

est, ita ut ex L^7 videatur expressus esse. Quam sententiam veram esse comprobant correctiones quaedam codicis L^7 (ex A), quae in textum codicis Vind. receptae sunt velut notatae illae II 1 ἀπέστειλεν, 5 καὶ πολλοί; adicio hos locos epistolae I 1 καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος (cum *a*) L^7 pr., γρ. σκαιὸς in mg. 1 > καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος σκαιὸς Vind.; 2 παρηλάττετο L^7 pr., παρήλαττεν corr. 2 (= H) > παρηλλάττοντο Vind.; τούτου (cum *a*) L^7 pr., οὖν s. v. add. 2 (ex H) > τούτου οὖν Vind.; 3 ποικίλους ἀνθρώπους (cum *a*) L^7 pr., χρῶμα s. v. add. 1 > χρῆμα ποικίλους ἀνθρώπους Vind.; νυκτός τε ἐπιφεύγοντες (ex CAP) L^7 pr. > νυκτὸς ἔτι ἐπιφεύγοντες (ex H) L^7 corr. 2 = Vind.; κατὰ τὸν πόρον (cum *a*) L^7 pr., expunx. 2 (sec. H) > om. Vind.; εἰς (cum *a*) L^7 pr., ὑπὲρ s. v. 2 (cum H) = Vind.; 4 συνόπτω (cum AV) L^7 pr., γρ. ἀπόπτω s. v. 2 (ex H) = Vind.; ἀτορώνῃ (cum C) L^7 pr., γρ. ἀερώνῃ in mg. 1 (ex H) = Vind.; 5 ἐπιμείναντος (cum *a*) L^7 pr., μου s. v. add. 2 (ex H) > ἐπιμήναντός μου Vind.; διέπλευσα (cum *a*) L^7 pr., ὡς s. v. add. 1 (ex H) = ὡς διέβην Vind., sed vide sequens ἀφικόμην (cum *a*) L^7 pr. Vind., γρ. ὡς διέβην in mg. L^7 corr. 2 (ex H); ταῦτα μὲν (= H) L^7 pr., τι s. v. 2 (= ταυτὶ ex *a*) > ταῦτα τί μὲν Vind. Totam vero epistolae I. varietatem exscribere longum est. Quae cum ita sint, principalem huius memoriae fontem ex cod. C fluxisse contendo, cui codicum H et A lectiones vel in L^7 vel in archetypo eius immixtae sunt; ex cod. H autem vel potius L^6, qui ad epistolarum delectum constituendum summi momenti fuit, epistolam VII. mutuatus est librarius alter (idem atque corr. 2), qui verba codicis H (L^6) pura servavit.

Contaminatae classis etiam codicem Parisin. 3021 esse vel ex epistolarum ordine evincitur, cum in eo omnes quidem epistolae Aeschineae, collocatione vero singulari tradantur I. II. III. VII. V. IV. VI. VIII. ad XII., ut aliquomodo cum codd. Vatic. 67 et 1354 comparandus esse videatur. Epistolographorum autem collectio in hoc codice comprehensa ad cod. H nos reducit, cuius memoriam cum cod. A contaminatam in ep. (I.) VI. VII. invenimus. In ceteris quas inspexi epistolis (II. et VIII. usque ad XII.), in quibus codicis A iam correcti memoriam observamus, cognationem quandam cum cod. Vat. 1354 iure statuimus: conferas has lectiones utriusque libri inter se convenientes II 3 ὑπὸ σοῦ λοιδορούμενος ἀπὼν = C_3A; φανεὶς (νομισθεὶς Vat. = CA_2PVB) δὲ οὐδὲν ἧττων = A pr.; ἐκπέμπειν om. = Cpr. A; ἔχοντα ἔτι colloc. = A; σύμπασαν ἐλπίδα: ἐλπίδα om.; ἡμῖν αὐτοῖς ἀκμὴν = *a*; 5 πρὸς διὸς = A; αὐτῷ τε = *a*; τοῦ γήρως σου = V; καὶ πολὺ = CA_2V. — X 1 καὶ αἰγιαλοὺς; οὐ κήδους = A_2V; οὐδὲ νόμον; γράφειν om. (in lac. 6—7 litt. Vat.); ἄφθονον ἔχειν ὕλην (cf. A); δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν = A_2; om. ἂν = *a*; 2 ἐν ἰλιάδι = CA;

ἐστὶ γινόμενα = A etc.; 10 εἶτα πρόσθεν, εἶτα ξενῶνα ὥστη ἀνέμω = A_2. Praeterea haec verba quaeso consideres, quae codicem Paris. hic illic cum V quoque contaminatum ostendunt: IX init. ἡσυχάσας pr. = CV, ἡσύχασα in mg. 1 = A; X 10 δοκῶ om. cum V; et foedam hanc interpolationem animadvertas XI 8 καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ⟨ἤριζον⟩ οἱ θεοί. In ep. I vero concentus inter codd. Paris. 3021 et Vat. 1354 vixdum apparet, cum contaminatio in Paris. longius progressa sit, quod ex plena hac epistolae I. collatione (cum edit. Blass.) perspicies: 1 ἑσπέρας om.; νηρισσὸν (cf. Paris. 2755 cett. [1]); τὴν κέω (B); καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος (a); πάλιν om. (a); 2 ἐπίμπλαντο (cf. HA); ἐγίνοντο (V); τράχηλος αὐτῶν (H); ἐγίνοντο (VB); τι om. (H); δὲ ἐπύθοντο (CA = Vat. 1354); 3 ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους (a); ἔχοιεν (H); εἰς κρήτην (a); 4 ἀπάρκτου (A pr. B); προσέχομεν (CB); ἐν ἀτορώνῃ (A); μὴ μάθωμεν colloc. (L² Vat. 67); κατὰ νόμους, om. τοὺς (H); τέταρσιν; μοι: με (H); 5 ἐπιμείναντός μου (H). Denique commemorandum esse scholion videtur, quod ad initium ep. I in margine adscriptum est: τῷ ἀργέστῃ ἢ ζεφύρῳ· λέγεται δὲ οὕτως διότι ἀπὸ τῶν σκιρωνίων καλουμένων πετρῶν ἀναπνεῖ ὡς στράβων (cf. I p. 29 C) λέγει.

Inter codices ergo cum familia H contaminatos cum C potissimum faciunt codd. Vat. 67, L⁷ et, qui ex eo descriptus est, Vindob. 59, cum A coniungendi sunt codd. Vat. 1354 et Paris. 3021. Qui restant libri ex familia codicum VB cum H contaminata originem habent, inter quos artius cum codice V cohaerent codd. Laur. conv. soppr. 25 = L⁸, Grab. 15, Ambros. E 32, Vatic. 1353. Atque cod. L⁸, qui epistolas I. tantum et II. continet, haud paucas scripturas primae manus praebet, ex quibus collationem cum codicis H praecipue memoria in archetypo iam factam dilucide cognoscimus, velut: I 1 κίον pr. (= V), κέω in mg. pr. (= B); 2 ἐκ τούτου pr. (= a), οὖν in mg. pr. (= H); 3 ὥσπέρ τι pr. (= V), εἰς s. v. add. pr. (cf. CA); νυκτὸς ἀποφεύγοντες pr. (= V), ἔτι s. v. add. et ἀπο expunx. pr. (= H); ἔχει pr. (= AV), ἔχοι s. v. corr. pr. (= C); 4 συνόπτω pr. (= Acorr. V), ἀπόπτω s. v. corr. pr. (= H). Codicem V autem vel potius progeniem eius cum codd. *p* L⁴ et Barb. affinitatis vinculis coniunctam codicis L⁸ fuisse patrem aliis quibusdam lectionibus hic allatis probo: I 1 νηρησσὸν cum Paris. 2755 cett.; καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος et om. πάλιν cum a; 2 ἐπείθοντο cum H; προσβάλλειν cum H; 3 θαλάττῃ cum C; ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους cum a; εἰς κρήτην cum a; ψαμμαθοῦντος cum AVB; 4 ἀπαρκτίου cum *p* L⁴; θαλάττῃ ἐν οἷς cum V; προσέσχομεν cum CB; τορώνῃ cum B; συμβαίνοι cum *p* L⁴; μηδὲ

1) Ad hunc codicem nos delegat etiam Basilii oratio de legendis gentilium libris inter epistolas interposita.

πρόσκρουε (cum Vatic. 199; ci. Bk.); II inscr. ἐρρῶσθαι κτησιφῶντι cum V; 5 πολλοὶ λαμπρότεροι cum A pr.

Ad codicem V referendi sunt etiam codd. Grab. et Ambros. E 32, quorum prior cum codicibus *p* L4 arte cohaerens apertissime editionis Aldinae memoriam edidit. Quod ex hisce epistolae X. lectionibus selectis elucet: X 1 ὁ δὲ κίμων = *p* L4 Ald.; οὐ κήδους = (A_2 VB) *p* L4 Ald.; ὅτε κατὰ = B Ald. (ἔστιν ὅτε κατὰ V *p* L4); ὕλην ἔχειν ἄφθονον, om. τὴν = (VB) *p* L4 Ald.; δέκα μὲν γλῶσσαι = (CVB) *p* L4 Ald.; 2 τάφων: γάμων *p* L4 > περγάμων Grab. Ald.; ἐν τῇ ἰλιάδι = (VB) *p* L4 Ald.; γεγενημένα = Ald.; ὁ νόμος ποιεῖν καὶ ἡ ὥρα = *p* L4 Ald.; 3 οὐ τῶν: οὐ eras. in V, om. Grab. cum *p* L4 Ald.; 4 ἅμα τε τοῖς = (VB) *p* L4 Ald.; αὐτοῖς ἐξωτέρω = (VB) *p* (L4?) Ald.; 7 ἐπελάβετο = Ald.; 8 πληγὰς καί: καὶ om. = *p* L4 Ald.; 9 γεγονὸς: γενόμενον = Ald.; 10 δοκῶ om. = (VB) *p* L4 Ald.; θάλατταν εἰς τοὔμπροσθεν, εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα = (ex VB) *p* L4 Ald; καὶ ἐμοῦ σχετλιάσοντι = *p* L4 Ald. (quod Blassius iniuria probavit); cf. praeterea VI ὑποδέξῃ: δέξῃ = *p* L4 Ald. In prima quoque epistola haec codicis Grab. cum codd. *p* L4 et Ald. congruentia eminet, sed etiam codicis H hic vestigia deprehendimus, quo contaminationem cum H (vel potius cum stirpe Paris. suppl. 205, Estens., Pal.) factam esse manifestum est. Eadem epistola affinitatem codicis Ambros. E 32 (mutili) aperte prodit, quod comprobo integra horum librorum varietate ab editione Blassiana allata: I inscr. Φιλοκράτει cum CV Ald.; 1 νηρησσὸν = Paris. 2755 cett. Ald.; κίων = HCA *p* Ald.; ἑσπέρας om. = Paris. 2755 cett. Ald.; 2 ἐγίνοντο = V *p* Ald.; τράχηλος αὐτῶν = H Ald.; δὲ οὐκ Grab. = HC Ald.; ἐγίνοντο Grab. pr. = V *p*, ἐγίγνοντο s. v. corr. 1 = HCA Ald.; παρήλαττεν = H Ald.; τι om. = H Ald.; δὲ ἐπύθοντο = CAB Ald.; ταφόντος Ambros.; τούτου οὖν = H Ald.; προσβάλλειν = *a p* Ald.; 3 ὥσπέρ τι, om. εἰς = V *p* Ald.; χρῶμα = Ald. ex H; ποικίλων ἀνθρώπων = Ald.; νυκτὸς ἀποφεύγοντες = V *p* Ald.; 4 πάλιν ἐφερόμεθα (= *p* L4) πέντε νύκτας ἐν θαλάττῃ γενόμενοι (= H) ἐν αἷς (= *p* L4) προσέσχομεν = Ald.; ἀθρώνῃ = Paris. suppl. 205 cett. Ald.; 5 ἐπιμείναντός μου = H Ald.; ἀφικόμην: διέβην = H Ald.; συμβαίνοι = *p* L4 Ald.; πολιτεύου μηδὲ om. = Ald.; τοῖς πλέον: τοῖς om. Ambros.

Multo magis depravatus est codex Vatic. 1353, qui textum ex omnibus recensionibus conflatum praebet, ut de primo eius fonte parum constet. Atque contaminatio ex hac lectione perspicua est VI ἔρημον φίλον ὑπέλαβεν in textu (ex ἔρημον φίλων ὑπέλαβεν *a*), ἢ ἔρημοι φίλων ἐσμέν in mg. pr. = H, cum in ep. X. cognatio quaedam cum cod. Grab. appareat: conferas 1 οὐ κήδους; ὅτε κατὰ θέαν; ὕλην ἔχειν ἄφθονον; ἀπειροκαλίας pr. (ex ἀπειροκαλεύεσθαι quod sequitur), ἢ φλυαρίας s. v. corr. pr.; δέκα, om. μὲν = A pr.; 2 θέας τῶν περγάμων; ἐν

ἰλιάδι, om. τῇ = CA; ἐστὶ γιγνόμενα = A; 10 θάλασσαν εἰς ταὔμπροσθεν εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα; σχετλιάσοντι καὶ ἐμοῦ = CAB; colloc. ἱκανῶς ἄν. Sed etiam contaminationem cum cod. A factam vel hinc cognoveris, cuius documentum luculentissimum est epigramma in fine ep. III additum; praeterea e. g. ex ep. II. huc pertinent: 3 ἀπὼν post λοιδορούμενος = C_3A; πολλοὶ λαμπρότεροι = A pr. P, cum ex V ducta sit memoria 3 πρὸς τοῦ διὸς; δηλονότι τοῦ σοῦ, om. γήρως. In epist. I. autem tanta est confusio lectionum, quantam vix in ullo alio codice invenies, quare omnes locos appono, quibus ab editione Blass. discrepat liber: I 1 σκίρωνι = AV; τῷ ἐργαστῇ ἀνέμῳ add. cum (C) P; νηρησσὸν = Paris. 2755 cett.; τῆς; κέω = B; καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος = *a*; 2 λημώδη; ἐμπίμπλαντο pr., alt. μ inductum; τράχηλος αὐτῶν = H; δὲ οὐκ = HC; δὲ ἐπύθοντο = CAB; τούτου οὖν = H; 3 ὥσπέρ τι = V; θαλάσσῃ = HAV; ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους = *a*; νυκτὸς ἀποφεύγοντες = V; κατὰ τὸν πόρον om. = H; ἔχοιεν = H; ἐκόμιζε; εἰς κρήτην = *a*; νύκτας ἐφερόμεθα ἐν θαλάττῃ (sic!) ἐν αἷς προσέσχομεν (cf. *p* L[4]); ἐν ὠθιώνῃ pr. (= ἐν ἀθρώνῃ?), ἢ ἀτορώνῃ s. v. pr. (cf. CA); τῇ αὐτοῦ πατρίδι = L[5] cett.; 5 ἐπιμείναντός μου = H; ἐδέξατο ἡμᾶς: ἡμᾶς s. v. pr.; ἕκαστα σοι συμβαίνῃ; μήτε πρόσκρουε = *a*. Cum vero ex hac farragine quidquam fructus non percipiamus, iure congeriem hanc contaminatione confertam esse contendimus. Epistolarum autem Isocratearum memoria, quae eodem libro continetur, presse codicem Urbinatem Γ sequitur.

Restant codd. Paris. 3002 = *l*, Harl. 5635 (= B vel *q*), Marc. 609, ex codice Barb. derivati, inter quos cod. Paris. 3002 = *l* ea de causa diligentius nobis tractandus est, quod in orationibus Aeschineis II. et III. cum codd. Paris. 2998 = *k* et Marc. VIII 4 = *e* familiam A constituit ab editoribus iure maximi aestimatam. Qua de causa in epistolis quoque novam in hoc libro recensionem exspectaverit quispiam; at in eo contra memoriam codicis B cum H potissimum contaminatam invenies. In ceteris autem huius familiae codicibus epistolae omnino desunt. Itaque epistolas Aeschinis cum reliquis (Aristotelis, Dionis etc.) in cod. *l* ex alio quodam libro adiectas esse, postquam libri recentiores ex archetypo familiae A descripti inter se discesserunt, facile perspicimus, quod ipsum in oratione prima accidisse Blassius hisce verbis significat (praef. p. X): „Est autem ideo orationis primae condicio a reliquarum diversa, quod abest ea oratio a codicibus *e k*, in *l* autem librum recentem aliunde neque ex vetere archetypo A illata esse videtur“. Codicem vero *l* in epistolis ad codicem cum A_2 hic illic collatum redire ex paucis his lectionibus intellegas: X 1 οὐ κήδους A_2VB; ὅτε κατὰ θέαν = B; ὕλην ἔχειν ἄφθονον = PVB; δέκα μὲν γλῶσσαι (= CPVB), δέκα δὲ στόματ' εἶεν = A_2; 10 θάλατταν εἰς τἄμπροσθεν, εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα = VB; XI 2 μὴ ῥαδίως τισι pr. (cf.

PB), ὅτι μὴ in mg. 1. Praeterea contaminationem cum cod. H potissimum in archetypo iam factam fuisse ex epistolae I. discrepantia (ab edit. Blass.) elucet, quam omnem hic appono: 1 λαμπρῶς = C; κίων = HCA; καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος = *a*; πάλιν om. = *a*; 2 ἐγίνοντο bis; παρήλαττεν cf. *a*; δὲ ἐπείθοντο = H; προσβάλλειν = *a*; 3 ὥσπέρ τι ἔθνος pr. = V, γρ. ὥσπερ εἴς τι ἔθνος in mg. pr. (cf. A pr.); ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους = *a*; νυκτὸς ἀποφεύγοντες = VB; ἔχει = AVB; ἐκόμιζον; εἰς κρήτην = *a*; ψαμμαθοῦντος = AVB; 4 ἐσυνόπτω pr. (cf. VB), ἐν ἀπόπτω s. v. corr. pr. = H; ἀπ' ἄρκτου = (A pr.)B; ἐν πελάγει = Ambros. M. 41, Estens. 25, Harl. 5635; ἐφερόμεθα ἐν οἷς pr. = B, γρ. μεθ' ἅς (sic!) in mg. pr.; προσέσχομεν = AV; τορώνῃ = B; τῇ αὐτοῦ πατρίδι = L[5] cett.; ἐπίνηόν τι = B; 5 συμβαίνοι = L[4] cett.; μήτε πρόσκρουε = *a*. Memoria sane non adeo deformata est, ut cognatio quaedam cum codice Estens. 25 non iam appareat (vide lectiones typis distractis notatas et p. 25), qui ipse quoque ad codicem B redit. Sed tamen archetypus codicis *l* iam a correctoris cuiusdam temeritate interpolationem foedissimam acceperat, qua loci nonnulli vel corrupti vel ab illo male intellecti interpretamentis vitiati sunt: cf. II 3 ποτὲ δὲ οὐδὲν ἥττων pr., γρ. τότε μὲν οὐδὲν ἧττον corr. pr.; 5 πεπλείρωκε pr., ἐκόρεσε s. v. pr.; X 10 κιμώνιον pr. (= C), γρ. κυλώνιον in mg. 1; XI 2 προσήκειν φόμην pr., ἀλλ' οὐδ' ἀλλ' ὅτι πολυπραγμονεῖν in mg. add. pr.; 11 ὅσον εἰς ἃ βούλονται τῇ πράξει συλλαβεῖν δυνάμενα φάσκειν ὑμᾶς ὁμονοεῖν ὥσπερ ὑμᾶς οὐκ ἐπισταμένους pr. (= *a*), ὅσον γὰρ δύναται τῇ πράξει ᾗ βούλονται συλλαβεῖν · τὸ ὑμᾶς ὁμονοεῖν τοῖς ἐξυμνοῦσιν ὥσπερ ὑμᾶς οὐκ ἐπισταμένους in mg. pr., ad quae corr. 1 add.: κρεῖττον οὕτως; XII 4 ἔφην δὲ ἴσως ἐφ' οἷς κτέ pr., ἐκεῖνο δ'ἂν φαίην ἴσθε ὡς ἐφ' οἷς κατηγορήθην in mg. pr.; 8 καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως pr., οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως in mg. pr. Sed discernendum videtur esse inter emendationes a librario inter describendum haud dubie ex archetypo factas et illas, quas idem ex suo fortasse ingenio atramento paullulum clariore postea in margine (= corr. 1) adscripsit.

Ultimi, de quibus hic dissero, codd. Harl. 5635 et Marc. 609 sunt, quorum prior idem est atque cod. B Taylori (Reiskii) et *q* Blassii: quod facile tibi persuadebis, si lectiones eius infra enotatas cum apparatu Reiskiano (vel Blassiano) comparaveris. Propinquus ei est cod. Marc. 609, qui etiam cum codicibus Estens. 25 et Paris. 3002 cohaeret ex cod. B ductis et cum codicis H memoria contaminatis. Atque codicum horum cognationem cum B > Paris. 3002 paucis his lectionibus allatis probo: I 1 τὴν κέω; ἐγίνοντο bis (cod. Marc. posteriore solum loco); 4 ἐν πελάγει ἐφερόμεθα, ἐν οἷς προσέσχομεν (προσίσχομεν Marc.) τορώνῃ; τῇ αὐτοῦ πατρίδι. Contaminationem eorum autem

declaro ex reliqua hac epistolae I. varietate (cum edit. Blass.), quo codicem *q* iniuria a Reiskio magni aestimatum esse apparebit: 1 καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος et om. πάλιν cum *a*; 2 ἐμπίπλαντο (ι in ras. 2 litt. videlicet ιμ) = *p* L[4]; παρήλαττεν Harl. sol. = H; δὲ ἐπύθοντο = CAB; ἐν τῇ: τῇ in ras. 2 litt.; ἐκ τούτου οὖν = H; προσβάλλειν = *a*; 3 ἀλλόφιλον Marc.; ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους = *a*; νυκτὸς ἔτι ἀποφεύγοντες (contam. ex H et VB); ἔχει = AVB; εἰς κρήτην = *a*; ψαμμαθοῦντος Marc. (ψαμμειθοῦντος Harl.) = AVB; 4 ἀπ' ἄρκτου = (A pr.) B; ἢ μή: ἢ om. = C; ἐπίνηνόν τι Harl. pr., ἐπίνηόν τι corr. pr. = B, ἐπὶ νηόντα Marc.; 5 ἐπιμείναντός μου Harl. sol. = H; (μηδὲ πρόσκρουε Harl. cum Vat. 199 L[8]). Ceterum codex Harl. (et Marc.?) insignis est variis lectionibus, interpretamentis, scholiisque brevibus in margine adiectis, quae Blassius Taylorum (Reiskium) secutus passim exscripsit. Equidem ea enoto, ex quibus indoles additamentorum horum, quae nullius pretii habenda sunt, perspicua erit: I 4 [ἢ] μή: in mg. τὸ μὴ εἰς τὸ κατὰ τοὺς νόμους (item in cod. Marc.); II 1 σκυθρωπὸν pr.: σου in mg. add. (falso: recep. R. sqq.); V 5 ἀπηλλάχθαι: add. τοῦ πολιτεύεσθαι δηλονότι; VI ὑπέλαβεν pr.: in mg. ὑπεδέξατο (prob. R. Bk.); X 2 πρὸς αὐτοῖς ἑκάστοις: add. ἔμπροσθεν αὐτῶν; 3 ἀπ' αὐτοῦ: add. γρ. (= γραπτέον?) ὑπ' αὐτοῦ = *c* L[5]; 4 ἐξ ἡμέρας: add. ἤγουν πρὸ μιᾶς ἡμέρας; 7 ἐπεβάλετο: add. ἤγουν ἀρχὴν ἐποίει; τροχῶν: add. ἤγουν κολάσεων; 8 ἀπορεῖ: add. ὁ κίμων δηλονότι; XI 4 οἱ μᾶλλον ἐπιπλήττειν: add. σημείωσαι ὅτι δύο κολακεῖαι εἰσί, μία μὲν καὶ ἁπλῆ καὶ πᾶσι δήλη, ἑτέρα δὲ σύνθετος καὶ δοκοῦσα μὴ εἶναι, ὅμως ἐστίν, ᾗ καὶ δημοσθένης ἐχρήσατο; περιόντος: add. ζῶντος; αἰτιῶνται: add. τὸν δημοσθένην αἰνίττεται; 5 init. ἐμοὶ δὲ: add. ἐλλειπτικὸν, δοκεῖτε ὅτι; 8 εἰσεγένοντο pr.: add. γρ. εἰσηγγέλλοντο; 10 ἀντιγράφους pr.: in mg. ἀντιπάλους = B; (φάσκουσι γὰρ δεῖν ὑμᾶς ὁμονοεῖν, prob. R. sqq. praeter Bl.); 12 διαφέρειν: add. ἤγουν μηδὲν προύργου ποιεῖν; atque similia in ep. XII.

De codicibus Toletano atque Meadiano nunc deperdito (vide p. 13/14) satis accurata notitia mihi non suppetit, ut de affinitate eorum quicquam dicere ausim: qui libri cum epistolas XII cum orationibus Aeschineis coniunctas contineant, probabiliter recensioni ut ita dicam vulgatae in codicibus Aeschineis traditae annumerandi sunt.

Caput III.
De codicum auctoritate.

Postquam omnibus qui innotuerunt codicibus pertractatis enucleavimus, quattuor hos solummodo codices H; C, A (P), V (B) ad textum constituendum aliquid valere, quaestionem iam instituamus necesse est, quae sit codicum horum inter se cognatio et ratio, ut codicum auctoritate perspecta solidum in epistolis edendis fundamentum struamus. Ac iam supra dixi, codicem H epistolographorum, qui epistolas I. VI. VII. III. solas servavit, ceteris codicibus Aeschineis, qui ex uno archetypo ducti sunt, longe antecellere. Quod certa ratione demonstrari non potuit, donec lectiones codicis H penitus cognitae essent. Neque tamen hic liber a prioribus editoribus plane neglectus est: nam in editione principe (Aldina) lectiones quaedam ex libro contaminato, a Reiskio plures ex Taylori collatione codicis H (= A) receptae sunt, Blassius autem in textu recensendo auctoritatem illius codicis saepius secutus est, licet coniectura potius quam ratione ductus.

Nos ut iudicium **de codicis H praestantia** confirmemus, primum eos locos inspiciamus, quibus epistolarum I. III. VI. VII. memoria in codicibus CAV (= *a*) depravata ex cod. H certissime emendatur. Atque in epistola I., quae materiem amplissimam praebet, conferas quaeso haec: § 1 σκείρωνι scripsi: ex σκέρωνι H > σκίρωνι AV = σκίρρωνι C. Interpretamentum additum est in A τῷ ἀργέστῃ ἀνέμῳ (vide Strab. I 29, IX 391, Steph. Byz., Hesych., Etym. M. 717, 25 etc.), quod in C(P) corruptum est in τῷ ἐργάστῃ ἀνέμῳ. Additamentum in V a corr. 2 profectum τῷ καὶ ἰάπυγι non curo. — κορησσὸν recte in H(B), vide κορησ(σ)ία apud Strab. X 486, Steph. Byz., Suid., Plin. Nat. Hist. IV 12. 20: in CA κορεσσὸν, in V κόρασσον exstat. — σκαιὸς γὰρ ἦν ὁ ἄνεμος H (cf. Aeneam Gaz. de anim. immort., init.): καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος *a*, ubi καὶ ex σκαιὸς corruptum et ἐναντίος, ut sensus restituatur, postea additum est. — πάλιν ex H recipiendum erat, cum εἶτα ἑσπέρας π ά λ ι ν λύσαντες ad prius λύσαντες . . . ἑσπέρας referendum sit. — § 2 ἐπείθοντο H (et ex coniectura iam Wolf., cf. X 8/9 et verbum q. sequ. ὑπελάμβανον): ἐπύθοντο CA, ἐτίθεντο V (iotacismo). — προσβαλεῖν H, cf. συμβεβηκέναι: προσβάλλειν *a*. — § 3 χρῶμα ποικίλον ἀνθρώπων H, quod Reiskius loquendi consuetudinem secutus rectissime commutavit cum χρῆμα ποικίλον ἀνθρώπων: ποικίλους ἀνθρώπους in *a*, aperte correctum e lectione paullulum ab usu solemni remota. In H autem χρῶμα pro χρῆμα ex verbis q. s. εἰ τὸ χρῶμα ἔχοι illatum est. — νυκτὸς ἔτι φεύγοντες H = „ipsa hac nocte“ = „prima quae hunc diem secuta est nocte“ exquisita est lectio pro νυκτός τε ἐπιφεύγοντες CA, νυκτὸς ἀποφεύγοντες V; ἐπιφεύ-

γοντες CA autem natum est ex ἔτι φεύγοντες H (ex correctione fortasse
τ
ἐπι > τ' ἐπι), quod prodit insiticium illud τε. — ὑπὲρ κρήτην H = „ultra Cretam": εἰς κρήτην *a*, interpretamentum. — § 4 ἐν ἀπόπτω H, cf. Arrian. Anab. II 10. 4: ἐν συνόπτ(ρ)ω *a*. — γενόμενοι in H luculen-
οις
tissimum est, ex quo γένοις (fort. ex γεν = γενομένοις) CApr. (corr. 2) > γ' ἐν οἷς P > ἐν οἷς V > ἐφερόμεθα ἐν οἷς B. — § 5 ὡς διέβην H idem atque διέπλευσα εἰς ῥόδον: ὡς ἀφικόμην *a*, glossema.

E ceteris quoque epistolis, quae a Blassio secundum H maxime recensitae sunt, nonnulla hic liceat afferre: III 1 ἐπείπερ ἅπαξ H = „quandoquidem" saepius apud Platonem: ἅπαξ velut ex dittographia ortum (subsequitur enim ἀναξίως) om. *a*. — VI ὁ κομίσας H, epistolarum usui conveniens, cf. Kühner-Gerth, Gramm. Graec. II 1^3
θ
p. 168 n.: ὁ κομίζων *a*. — ἡμῖν καὶ τὰ H: ἡμῖν ω (ὦ AV) καὶ τὰ *a*.
θ
Relativum ᾧ in AV, quod ex ω = ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι (?) in C expressum est, constructionem verborum valde languidam reddit; creatum autem videtur additamentum illud ex correctione (πρεπόντ)ως verbi antecedentis q. e. πρέπων in codd., cuius loco Reiskius (non Marklandus) acri ingenio restituit πρεπόντως. — ἔρημοι φίλων ἐσμέν H: ἔρημον φίλων ὑπέλαβεν *a*, glossema ex ὑποδέξῃ. — VII 1 ἀλλ' ἀτυχῶν HA_2, cf. καὶ τῆς (om. *a*) πατρίδος ἐστερημένος: ἀλλὰ τυχὸν *a*, litteris male distinctis. — 3 εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸν πατέρα σου H, collocatio verborum fortior: τὸν πατέρα σου εἰς τὸ δεσμωτήριον *a*, quod praeterea hiatum efficit in hac quidem epistola non tolerandum; de quo videas infra p. 38. — σοὶ δὲ . . . δισχιλίων δραχμῶν συνηταιρηκέναι τοῖς περὶ τίμαρχον νέοις, οὐ κοινὰ ταῦτ' εἶναι πρὸς θεμιστοκλέα καὶ ἀριστείδην . . . ὑπολαμβάνω H: σοὶ δὲ . . . τρισχιλίων δραχμῶν τὴν ἀκμὴν ἡταιρηκέναι τοῖς περὶ τίμαρχον νέοις, κοινὰ ταῦτ' εἶναι, οὐ τοῖς περὶ θεμιστοκλέα ἢ ἀριστείδην . . . ὑπολαμβάνω *a*. Unde Blassius — — τὴν ἀκμὴν ἡταιρηκέναι πρὸς τοὺς περὶ τίμαρχον νέους, κοινὰ ταῦτ' εἶναι, οὐ τοὺς περὶ — — elicuit, quod nihili est, cum Melanopi amores ad Timarchi socios pertineant, Themistoclis autem et (καὶ etiam in § 2) Aristidis fortuna cum Aeschinis et Melanopi sorte comparetur: οἱ περὶ θεμιστοκλέα κτὲ omnino non numerantur. Συνεταιρεῖν τινι (=H) autem insolitum quidem, minime tamen molestum est; idem de τὴν ἀκμὴν ἑταιρεῖν τινι (= *a*) valet, cum τὴν ἀκμὴν συνεταιρεῖν τινι (vulg.) videatur vitiosum esse. Quare codicis H lectio integra, quippe quae sensu flagitetur et hiatibus careat, recipienda est. — 4 ὑμῖν δὲ H, contrario μελανώπῳ μὲν poscitur: νυνὶ δὲ *a*; item τῆς μὲν εὐνοίας H propter insequens

δικαιότερον μέντοι: μὲν om. *a*. — παρέχεσθε, quod Blassius coniecit propter θορυβοῦντες ἀεί, profecto in cod. H legitur, cum *a* praebeat παρέσχεσθε; ἀεὶ vero ex ipso codice H ductum est, cum in *a* exstet δή, iotacismo natum: AEI > ΔEI > ΔH. — ἀκροᾶσθαι H, cf. θορυβοῦντες ἀεί: ἀκροάσασθαι *a*. — 5 λοιδορούντων H, cf. § 4 bis: λοιδορουμένων *a*.

Contra perpauci sunt loci, quibus codicis H memoria lectionibus in *a* servatis superatur. Atque auctoritas illius paullulum minuitur mendis apertis librariorum procul dubio neglegentia effectis velut I 2 οὔτε ἀλγηδόνες; παρήλαττεν; 3 ὥσπερ εἴητε; ἀλλόφυλλον; ἔχοιεν; 4 ἀφικόμενοι; III 1 οἱ μὲν *a*: εἰ μὲν H, rubricatori tribuendum; 3 μοι νομίσαιμ' ἂν *a*: ἂν ἐμοὶ νομίσαιμ' ἂν H; VII 1 μελάνωπον δέ; ἐγὼ γάρ, ὦ μελάνωπε *a*: τῶ (ex ΕΓΩ) γὰρ μελανώπω H, cf. § 3 σοὶ δέ; 5 βλασφημιῶν *a*: βλασφημούντων H, ex λοιδορούντων, δοκοῦντας. Etiam graviora quaedam nata sunt librarii socordia, lacunae potissimum, quae in H frequentes sunt: I 2 τι om.; 3 κατὰ τὸν πόρον om.; 4 κατὰ νόμους, om. τοὺς; 5 μήτε τοῖς πλέον σου om.; III 1 πάντες om.; ἑαυτῶν om.; καὶ κατηγορῶν ἄλλων αὐτὸς ἑάλων om.; VII 2 καὶ ὑπὲρ τοῦ μηδένα στεφανοῦσθαι om.; 4 αὖθις ἐὰν *a*: ἄν, om. αὖθις; ψηφισαμένους . . . ἐψηφίσασθε *a*: ψηφίσασθαι, om. ψηφισαμένους ἃ πολλάκις πολλοῖς ἤδη. Cetera minoris momenti sunt, neque umquam correctionem ex libidine profectam neque interpolationem temere illatam in H deprehendimus: quare etiam haec verba pleniora quam in *a* secundum cod. H restituamus: I 2 τράχηλος αὐτῶν: αὐτῶν om. *a*; τούτου οὖν προσβαλεῖν (hiat.): οὖν om. *a*; 5 ἐπιμείναντός μου (hiat.): μου om. *a*; δυναμένοις. ἔρρωσο (cf. AV et ep. IX.): ἔρρωσο om. *a*; VII 1 μόνον πρὸς ὑμᾶς HCA: πρὸς ὑμᾶς om. V; 2 παρ' αὐτοὺς ἀγωνιζόμενος τοὺς νόμους: τοὺς νόμους om. *a*; 4 ποτε δόξῃ: δοκῇ, om. ποτε *a*; ἄμεινον ἦν: ἦν om. *a*; τὰ μέγιστα: τὰ om. *a*. Collocationem autem verborum, quae in cod. H hic illic aptior est (cf. VII 3), ex hoc libro ubivis recipiamus, praesertim cum codicis C memoria hic illic fulciatur: VI ὑποδέξῃ αὐτὸν (hiat.): αὐτὸν ὑποδέξῃ *a*; μνήμη καὶ λόγος HC: λόγος καὶ μνήμη AV; VII 2 τοῖς νόμοις ταῦτα: ταῦτα τοῖς νόμοις *a*; πολλοὺς ἄλλους HC: ἄλλους πολλοὺς AV. Neque dubito, utrum in ep. VI. nomen proprium χαρμόλα ex *a* admittere par sit an ex H χαρίνου rescribamus, quod in codd. Paris. 2755 cett. certa emendatione pro codicis H lectione χαρίμον exstat. Nam ratione opinor lectio χαρίνου (H) commendatur, quod nomen est frequentissimum, cum χαρμόλας perquam raro inveniatur.

Rarissime scriptoris verba quod quidem sciamus et in H et in *a* corrupta sunt, quod in VI πρεπόντως R.: πρέπων codd. accidisse supra iam commemoravi. Alii sunt loci desperati fere in ep. I., ubi nomina quaedam locorum explanationi repugnant. Navis enim, qua vectum se fert epistolographus, inde a Delo procella ultra Cretam deiecta

est πλησίον ψαμαθοῦντος; vento tamen adverso (Libyco) prohibiti, quominus navem appellerent, peregrinantes aquilone rursus in apertum delati sunt et post quinque dies ad locum quendam accesserunt, qui nominatur ἀερώνη H (unde ἀθρώνη cod. Paris. suppl. 205 cett.) = ἀτορώνη C = ἐν ἀτορώνη AP (εν dittographia ex προσέσχομεν) > πορώνη V = τορώνη B (in V et B coniectura aperta); unde quattuor diebus Rhodum profecti sunt. Atque ἀερώνη vel ἀτορώνη plane obscurum est, neque τορώνη (oppidum Macedoniae in Chalcidice situm) neque κορώνη (cod. Paris. 2832, ci. Weidnerus, i. e. oppidum Messeniae vel Bithyniae) ad locum quadrat, cum sensus regionem remotam (cf. πέντε νύκτας) ad meridiem spectantem (cf. πνεύσαντος ἀπ' ἄρκτων) postulet. Quare corrector secundus codicis Paris. 3054 verum fortasse vidit, cum pro κορώνη restitueret κυρήνη. Attamen haec emendatio quamvis speciosa admodum dubia est, cum a tradito ἀερώνη vel ἀτορώνη longius absit, quam ut ratione palaeographica facile declarari queat. — Praeterea traditum illud ὑπὲρ κρήτην πλησίον ψαμαθοῦντος explicatu est difficillimum, cum oppidum q. e. Psamathus inter urbes Cretae notum non sit, urbs autem huius nominis Laconica prope Taenarum sita cum verbis haud ambiguis ὑπὲρ κρήτην male coniungatur. Weidnerus quidem hac de causa pro κρήτην rescribere voluit κύθηραν (immo κύθηρα!), quod a librorum memoria omnino abhorret. At mihi in mentem venit ἀμαθοῦντος, oppidi cuiusdam Cyprii (litoris meridiani), quod forsitan idem est atque ψαμαθοῦντος, veluti ἄμμος et ψάμμος (cf. Sammet. ad loc.) conveniunt. Nihilo secius sive hanc explicationem accipias sive oppidulum hic significatum esse suspiceris, quod inter Creticas urbes nondum repertas latet, utique dubitatio manet, utrum codicum memoria intacta sit necne.

Codicis H memoriam ergo, ubicumque adest, inter omnes libros epistolarum Aeschinearum longe praestare evictum est, quippe qua omnibus fere quos tractavimus locis genuina lectio servata sit. Hic unus mihi scrupulus restat, num **hiatus**, quem codicis H lectiones interdum praeferunt (cf. I τούτου οὖν, ἐπιμείναντός μου αὐτόθι, VI ὑποδέξῃ αὐτὸν), in censum venire possint, ut codici H fidem denegantibus nobis ad ceteros libros recurrendum sit. Atque omnes quae exstant epistolas respicientibus ad hiatum evitandum non in omnibus eandem diligentiam adhibitam esse intellegitur, cum duplex epistolarum genus anxiam hiatus curam aut efflagitaret aut recusaret. Epistolae enim aut publicae sunt ad senatum populumque Atheniensium missae, quibus elocutionem orationis demonstrativae convenire apparet, aut privatae sunt familiaribus destinatae, quae stilum elegantem quidem et fluentem neque tamen legibus scholasticis astrictum postulant. Cuius generis

sunt ep. I. II. IV. V. VI. VIII. IX. X., quae omnes inter se praeter ep. X. cohaerentes hiatum libere admittunt. Contra in epistolis publicis scilicet III. VII. XI. XII. — excepta epistola III., quae ambitum epistolae privatae non excedens generis epistolaris legibus obtemperat (cf. 2 δεσμωτηρίῳ ἀπέθανε, πόλει αἰσχίνῃ, 3 τοῦ ὅμοια) — auctor hiatus omni qua par est diligentia evitavit, pariter atque in orationibus ipse Aeschines. Etenim in epistola VII. hunc unum hiatum gravem[1]) deprehendi: 4 ἤδη ἐψηφίσασθε, qui fortasse verborum ordine mutato amovendus est, cum aliis nonnullis ex cod. H medicina parata sit: 3 εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸν πατέρα σου H: τὸν πατέρα σου εἰς τὸ δεσμωτήριον a; οὐ κοινὰ ταῦτ' εἶναι πρὸς H: κοινὰ ταῦτ' εἶναι οὐ τοῖς περὶ a; θεμιστοκλέα καὶ ἀριστείδην H (excusandus): θεμιστοκλέα ἢ ἀριστείδην a, 4 ἐμαυτὸν HAV: ἐμὲ αὐτὸν C. In epistula XI. autem praeter §§ 8/9, quae hiatibus scatent, hi soli commemorandi sunt loci 7 ὅτι ἀθηναίοις (fort. excus.); 11 θαυμαστὰ ὅσον a: θαυμαστὸν ὅσον corr. Reisk. sqq.; 12 εἰ ὁμονοητέον (corrig.?). Epistola XII. vix plures habet; hiatus enim cum ὅτι (4 ὅτι οὐδὲ), οἱ (4 οἱ ἄνθρωποι), ἢ (13 ἢ ἐν — ἢ ἐν, 14 ἢ ἀθηναίων) effecti haud scio an tolerandi sint. Supersunt hi: 5 ἄνθρωποι οὕτως: οὕτως, quod suspectum est, — sensus postulat ὡσαύτως vel simile quid —, deleverunt Turicenses sqq.; 14 χαρισάμενοι, ἐποιήσατε (fort. excus.); 15 ὀρφανοί ⟨θ'⟩ ἅμα: θ' propter hiatum inseruit Blassius; 17 πάλαι ὑμῶν: παλαιὸν ὑμῶν ipse conieci; ibid. ᾧ ἀναγκαιότερον editores secundum VB: at constructio anacoluthi haec est χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, ἣν (sic A_2 C_4) παρακαλῶν — [οὐκ om. A_2 C_4] αἰσχίνης οὐδαμοῦ (A_2 C_4) μὰ τοὺς θεούς, (οὐ γὰρ αὐτάρκης .... πείθειν δοκῶν), ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως τρόπος καὶ .... τὸ τῶν προγόνων ἦθος — ἀναγκαιότερον δήπουθεν (scil. αὐτῇ ex ἣν) ὡς (AC_4: post comparationem posterioribus in usu) μελανώπῳ καθ' ἡμῶν δεομένῳ προσέχοιτε (AC_4). Vides quantum bonae frugis in his quoque epistolis ex codicis H memoria redundare posset, siquidem superstes esset. Etenim etiam difficultas, quae in XII 17 inerat, memoriae illius ope sublata est, quam cum H cognatam praebuit codicis A corrector secundus: de quo videas infra p. 43. In epistolis I. et VI. autem, quae privatis annumerandae sunt, codicis H lectiones recipiamus, etiamsi hiatum exhibent, qui tantum in publicis epistolis aegre ferendus est. Atque his quae exposui codicis H praestantiam omni dubitatione exemptam esse existimo.

Quae cum ita se habeant, codicem H optimam esse normam ad librorum Aeschineorum auctoritatem diiudicandam ultro apparet.

1) Hiatus in fine periodi aut membri, post vocabulum καὶ etc. excusandos aut elisione tollendos non curo.

Atque memoria codicis H perpensa cognoscitur, ceteros codices (familiae *a*) ad epistolarum verba constituenda, ubicumque cod. H exstat, nullius fere momenti esse. Qua ex re codices *a* in iis quoque epistolis, quibus cod. H non adest, solidum verborum traditorum fundamentum habendum non esse colligitur: nimirum totum duodecim epistolarum corpus ita inter se cohaeret, — quod hic exponere longum est —, ut ex parte eius in codice H servata efficere possimus, quid reliquarum epistolarum memoria valeat. Quin etiam hanc sententiam ad orationes quoque pertinere suo quis fortasse iure coniciat. Codices autem CAV (= *a*) etiam in orationibus parvi faciendos esse confirmari videtur eo, quod in orationibus II. et III. quidem praeter codices *a* diversum codicum *e k l* (= A) genus traditur, quod prae ceteris ita excellere dicunt, ut ceterorum codicum (*a*) testimonium hic, velut in ep. I. III. VI. VII., neglegere fere possimus. Neque tamen ex epistolarum conditione sola de orationibus haec affirmare ausim, cum orationes et epistolae ab initio non ita inter se coniunctae fuerint, ut archetypus codicum *a* omni ex parte sibi constitisse putandus sit. Immo cum operum, quae ab antiquis Aeschini tribuebantur, collectio institueretur, et orationes et epistolas hinc illinc ex diversis fontibus sumptas esse probabile est, qua de causa, si bonitatem verborum traditorum in universum examinamus, ex epistolarum in archetypo codicum *a* memoria de orationum in iisdem libris textu non utique constat.

Alia res est, siquidem **codicum CAV inter se cognationem** atque auctoritatem spectamus, cum computatis iis locis, qui in C vel A vel V cum cod. H conveniunt, certissime dignoscamus, quid quisque horum librorum ex archetypo retinuerit, quid igitur ex unoquoque ad textum illarum epistolarum restituendum lucremur, quae a cod. H absunt.

Atque ad normam codicis H, quam firmam esse intelleximus, inter omnes libros Aeschineos, qui epistolas servant (*a*), codicem C praestantissimum esse elucet,[1]) cum saepissime aut solus aut cum A aut cum V consociatus egregiam codicis H memoriam sequatur. Loci autem, quibus C solus cum H contra vulgatam ut ita dicam codicum AV memoriam facit, hi sunt: I 3 ψαμαθοῦντος; 4 ἀπ(ὸ) ἄρχτων (pluralis, qui usitatior est quam singularis, recipiatur): ἀπ' ἄρχτου Apr. B, ἀπαρχτίου (V) R.Bl.; τέσσαρσιν falso[2]); III 2 [ὁ] θεμιστοχλῆς, cf. ὅπου μιλτιάδης;

---

1) Eandem sententiam in orationibus quoque valere, nimirum in orationibus II. et III. codices *e k l* (= A) praeferendos esse, qui has orationes solas servant, inter ceteros codices autem excellere codicem C, qui in oratione I. dux habendus sit, post Adam: De codicibus Aeschineis, Dissert. Berol. 1882 et Hardt: De Aeschinis emendatione, Diss. Hal. 1882 evicit H. Ortner: Kritische Untersuchungen zu Aeschines' Reden, Progr. Monac., 1886.

2) Codices Atticam consonantium ττ geminationem tradunt paucis exceptis

γέρων ⟨ὢν⟩ ἐν, recep. Bl.; VI ἐστὶ δὲ: ἐστὶ δὴ AV; μνήμη καὶ λόγος (quod recipiendum): λόγος καὶ μνήμη AV; VII 1 [τῷ] μελανώπῳ; 2 πολλοὺς ἄλλους colloc. (quod recipiendum). Praeterea testium HC lectioni adstipulatur cod. A his locis, qui codicem V librariorum neglegentia leviter corruptum esse demonstrant: I 1 ἑσπέρας: ἑπέρας Vpr. (bis); κορ(η)σσὸν: κόρασον V; κίων HCA, ex quo κείων Wolf.: κίον V, κέω B; ἐγίγνοντο: ἐγίνοντο V (bis)[1]); III 2 δεσμωτηρίῳ: δεσμοτηρίῳ V (item VII 3); ἀτρομήτου: ἀτρομίτου V; VII 1 νομίζω: νομίζων V; 3 τρὶς: τρεῖς V; 4 μελανώπῳ: μεναλώπῳ V; δὲ τῆς: δὲ τοῖς V; 5 ἐψηφίσασθε: ψηφίσασθαι V; μείζω: μείζων V. Ex iis vero, quae in cod. A uno sunt (contra HCV), lectionibus hunc librum scriptorum socordia aliquomodo etiam gravius depravatum esse apparet, cum interpolatoris temeritatem ne hic quidem detegas: I inscr. φιλοκράτει om. A; 2 ταύτην om.; 3 ἡμεῖς: ὑμεῖς; 4 ἑαυτοῦ πόλει πατρίδι pr., πόλει indux. 2; III 1 ἠτύχησα ἐπολιτευσάμην colloc. pr., corr. 2; 2 ἀλλὰ [inser. καὶ] ἔγωγε; VI ἔστι(ν) τις *HCV*: ἔστιν ἔτι τις A (dittographia); VII 2 ταύτῃ τοῖς pr., corr. 2; θεμιστοκλῆν (cf. § 3); 3 μὲν μέχρι colloc.; πραθέντα: πραχθέντα; δοκαιον pr., δίκαιον corr. 2. Nihilominus in epistolis I. III. VI. VII. codices CA artius inter se cohaerere paucis his locis declaratur, qui interpolationem gravem vel peculiaria menda scripturae communia habent: I 1 σκ(ί)ρωνι HV: σκίρρωνι τῶ ἐργάστῃ ἀνέμῳ C = σκίρωνι τῶ ἀργέστῃ ἀνέμῳ A; 2 αὐτοῖς τὸν HV: αὐτῶ τὸν C, αὐτοὶ τὸν A; III 2 εἰκότως HA_2V: εἰ+ότος C = εἰδότως Apr. Quibuscum apte conferuntur eae lectiones, quae corruptionem progredientem ostendunt, ita ut a codicis H memoria (plerumque genuina) procedens ad codices CA et inde ad cod. V(B) demum delata est: I 3 ἔτι φεύγοντες H > τε ἐπιφεύγοντες CA > ἀποφεύγοντες VB; 4 ἀπόπτω H: συνόπτρω CApr. > συνόπτω A_2VB; γενόμενοι HA_2 > γένοις CApr. > γ'ἐν οἷς P > ἐν οἷς V > ἐφερόμεθα ἐν οἷς B; ἀερώνῃ H: (ἐν) ἀτορώνῃ CA > πορώνῃ V = τορώνῃ B; VI ἡμῖν καὶ H > ἡμῖν θ
ω καὶ C > ἡμῖν ὢ καὶ AV. Restant vero scripturae nonnullae, quibus codices AV cum H consentientes codicem C solum neglegentia plerumque corruptum superant, videlicet: I 1 λαμπρῶ: λαμπρῶς C; ἐπί(μ)πλαντο: ἐνεπίπλαντο C; 2 δ(ὲ) ἐπ(εί)θοντο: δὲ om. C; νόσον: νῆσον C;

locis, qui corrigendi sunt, scilicet I 3 θαλάττῃ C: θαλάσσῃ HAV (cf. I 4, V 8 ubi θάλασσαν solus P, X 1); 4 τέτταρσιν AV: τέσσαρσιν HC et V 5 τεσσαράκοντα codd. (cf. X 5); IX 2 ἧσσον codd. et XII 4 κρείσσων codd. sine P (cf. ἧττον et ἡττᾶσθαι II 3, V 3, 7, X 8 et ἔλαττον I 5); X 1 γλῶσσαι codd. (sed cf. παρήλλαττεν I 2; περιττῶς V 1; φυλάττεται V 4; λυττώσης V 5; πράττειν XI 2, 9, 13; ἐπιπλήττειν XI 4; θετταλίαν XII 9).

1) Auctori γίγνεσθαι, non γίνεσθαι in usu est, vide I 2 ἐγίγνοντο HCA: ἐγίνοντο V (bis); X 2 γιγνόμεν(α) CA: γινόμενος V; 5 γίγνεται CA: γίνεται V; item § 6, ubi etiam γίγνεται C: γίνεται V, γέγονεν A; XII 12 γιγνομένοις codd.

3 ϑαλάσσῃ: ϑαλάττῃ C (recte!); 4 προσέσχομεν: προσέχομεν C (PB); ἢ μὴ: ἢ om. C; 5 ἔρρωσο H > ἐρρῶσθαι AV > om. C; IIII 1 μὲν, ὥσπερ εἰκός ἐστιν, ἀγανακτῶ δὲ om. C; 2 αἰσχίνην: αἰσχίνῃ C; VII 2 γενομένων: ἡγουμένων C; 4 ἐμαυτὸν: ἐμὲ αὐτὸν CB (hiat.). Unde colligitur hunc librum, qui lacunis maxime laborat, inter codd. CAV principem quidem locum tenere, neque tamen incorruptum profluxisse ex communi codicum horum archetypo, qui ne ipse quidem intactus manserat. Interpolationis autem vestigia in C omnino deficiunt, quare hi reliquarum epistolarum loci secundum cod. C restituendi sunt: VIII σὺ μὲν ἐπιστελεῖς διὰ παντὸς ἡμῖν, ἀφίξεσθαι ⟨πρὸς ἡμᾶς⟩ cf. v. 5/6; X 8 ⟨ταὐτὸ⟩ τοῦτο, recep. R. Bl.; 11 εἰρήνην ⟨ἄγειν⟩, recep. Bl.; XII 6 μᾶλλον ⟨αὐτοὺς⟩.

A codice C proxime abesse vidimus codicem A, quamquam persaepe vulgarem codicum VB memoriam amplectitur et mendis haud exiguis ipse laborat. Sed cum codex V recensione a viro docto instituta limatus atque perpolitus sit, ut textum primo quidem obtutu ad intellegendum facilem praebeat, codex A saepius cum C conveniens archetypi verba incondita retinuit. Quod ut nunc ex epistolis II. IV. V. VIII. ad XII. quoque comprobemus, primum quaeso conferas has lectiones, quae codicem V raro aut genuinam memoriam retinuisse aut postmodo correctione ingeniosa restituisse demonstrant: IV 2 ἀοίδιμοι VB: δίδυμοι (ex A[O]IΔΥΜΟΙ) C A_2 = διδύμα A pr. P; X 3 καλλιρόη VB: καλλιϑρόη Cpr. AP; XI 7 ἐπεὶ δότωσαν VB: ἐπιδότωσαν CAP. Frequentes vero inveniuntur loci, quibus corruptionis progressus inde ab archetypo usque ad codicum VB memoriam levigatam cognoscitur, sive quod codices CA iam corrupti inter se consentiunt, sive quod in codice C solo genuina memoria exstat, a qua codicis A lectio aliquo modo iam recessit: II 5 τῷ γήρᾳ σου C (ex L^7 recepit Blass.) > γῆρας οὐ A = τὸ γῆρας οὐ P > τοῦ γήρως σου VB. — IV 1 ἀρίφρονά τε ἐκ δαμάτητον C > ἀρίφρονα τὸν ἐκ δαμάτητον Apr. P > ἀρίφρονα τὸν ἐκ δαματήτου (δαμαγήτου A_2B) A_2VB. Equidem ex C ἀρίφρονα τε καὶ δαμά(γ)ητον restituo, quippe cum Pindarus (Ol. VII) Damagetum laudibus extollat: ad quem ὃν καὶ ὁ μέγας αἴρει Πίνδαρος aegre refertur, si cum editoribus ex VB ἀρίφρονα τὸν ἐκ δαμαγήτου (= ἀρίφρονα . . . ὃν) tenemus. — 2 ὦ ται C (ci. Brunck.) > ὦ τε AP > αἵ τε VB. — V 3 μικρολογίας ἔδοξεν· τὸ μέν τινος C > μικρολογίας τὸ μέν τινος AP > μικρολογίας μέν τινος VB. Archetypi lectio in C servata originem duxit ex verbis antecedentibus μικρολογίαν δόξω· τὸ μὲν γὰρ dittographia iteratis: neque enim τὸ μὲν (A) neque μὲν (V) ad locum quadrat. Quare haec verba ἔδοξεν τὸ μὲν omnino delenda sunt, cum Blassius omni fundamento subducto restituerit μικρολογίας τέ τινος. — 5 καὶ οὗτος μὲν ὑπεραγαπᾷ τε παρόντα καὶ . . . ἀπηλλάχθαι ποιεῖ C, quod leviter mutatum (ὑπεραγαπᾶν τὰ)

in textum recepi, nam καὶ οὗτος manifesto contrarius est Aeschinis sociis familiaribusque et ipsi Aeschini (§ 6): καὶ οὕτως (οὕτω ς editt., ὅτε Bl.) μὲν ὑπεραγαπῶ τὰ παρόντα καὶ ... ἀπηλλάχθαι ποιεῖ APVB, quod non intellegitur, nisi pro ποιεῖ cum Wolfio rescribas (ὥστε) δοκεῖν aut cum Reiskio ποτὲ aut cum Weidnero δοκῶ. Relativum autem quod in codicibus sequitur ἡδονῆς [ᾧ] καί, nimirum interpolatum ex ἐμαυτῷ, delevi, cum Reiskius ceteris plaudentibus ex eo elicuerit δοκῶ. — 6 ἁλῆσι CApr. > ἁλήσει P > ἄλσει VB. — X 3 ἅμα τε τοῖς τε C (prius τε eras.) et P > ἅμα τοῖς τε A = ἅμα τε τοῖς VB. — 4 αὐτὰ C (recte) > αὐτοὶ A = αὐτὰς P (ci. Sauppe) = αὐτοῖς VB > τοῖς Herch. Bl. — 10 εἶτ' ἀξένῳ καὶ ὥστῃ ci. Sauppe (cf. I 3) > εἶτα ξενῶνα ὥστη (litteris male distinctis) A_2 (om. Apr.) > εἶτα ξενῶνα ὡς τὸν CP > εἶτα ὡς τὸν ξενῶνα VB. — XI 3 μετὰ τοῦ δοκεῖν ⟨ἐπιπλήττειν⟩ ci. Blass. > μετὰ τοῦ δοκεῖν A_2 > με τοῦ δοκεῖν CApr. P > om. VB. — 10 ἀεὶ C (ci. R.) > δὲ P (om. A) > δεῖν VB. — ἐπιχειρεῖ τις Blass. > ἐπιχορηγεῖ τοῖς CAP > ἐπιχορηγεῖ VB. — 13 ἀποχρησάτω Bekker. > ἀπεχρήσατο CAP > ἀπέχρη τὸ V > ἀπόχρη τὸ B. — δ' ἀεὶ (ΔΑΕΙ) Blass. > ἃ δεῖ VB = δεῖ (ΔΕΙ) C > δὴ AP. — XII 5 τελέως Bekker. ex archetypi $\overset{ως}{τελεον}$ > τέλεον ὡς CAP_2 > τέλεον VB. — 7 καὶ ἀεὶ Blass. > ἀεὶ C et καὶ δὴ AP > ὡς δὴ VB (> ὡς δῆθεν R.). — 12 ἔπλευσεν ἐν ἐμοὶ CA corr. 1 Ppr., ubi ἐν dittographia certe natum eieci, ἐμοὶ coniungens cum μεθέξουσα quod subsequitur: editores autem cum ceteris codicibus Apr. P_3 VB ἐν commutaverunt cum σὺν = ἔπλευσε(ν) σὺν ἐμοί, μεθέξουσα.

Sane non desunt lectiones, quibus cod. V aliquanto propius quam cod. A ad codicem C appropinquat, velut XI 3 ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖσε παύσομαι γράφειν ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖσε ἃ τῇ πόλει CVB: ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖσε dittographia creatum del. AP; et XI 11 ἃ λέγειν αὐτοὺς CB > ἃ λέγειν αὐτοῖς V > ἃ ἔλεγεν αὐτοῖς ὡς AP (interpolatum). Neque ab additamentis glossematisque plane immunis est cod. A, quamvis in eo (praeter XI 11) apertam interpolationem emendationis causa factam vix uno hoc loco deprehenderis: XI 4 ἐμοῦ ... καὶ νῦν, ὅσον ἐφ' ὑμῖν, τεθνεῶτος VB > — — ἐφ' ὑμῖν τὰ τεθνεῶτος (τὰ ex dittographia, eras.) C > — — ἐφ' ὑμῖν τὰ τεθνεῶτος ⟨παθόντος⟩ AP (recep. Blass.). Alia haec enumero: X 4 παρθένων: γαμουμένων A (ex anteced.); 6 συνειδότα: συνιδόντα AP (iotacismo); ibid. τιτθὴ CVB: τίτθη ἤθη AP (bis), lineola supra ἤθη posita, ut nomen proprium nutricis significet (quod hic suspicatus iam erat Weidnerus, ex ἤθη eliciens αἴθρη): additamentum illud autem ortum est ex dittographia ΤΙΤΘΗ; ibid. γίγνεται: γέγονε AP; XII 9 ῥόδον: ῥώμην AP; ibid. δυσμενῶν: δυσμεναίνων AP; 14 παίδων: λόγων Apr. Quibus

cum locis conveniunt verba haud raro omissa vel collocatione mutata, e. g. conferas II 5 πρὸς τοῦ διὸς: τοῦ om. A sol., quod editores post Reiskium non recte probaverunt, cf. XI 6 et XII 9 μὰ τὸν δία —, quae veloci ac parum accurato librariorum stilo tribuo. — Verumtamen multo gravius codex V corruptus est, quod castigatione arbitraria factum esse haec exempla praeter locos supra exscriptos demonstrant: X 1 κατὰ θέαν CAP > ὅτε κατὰ θέαν B > ἔστιν ὅτε κατὰ θέαν V; XI 3 οὐ χαριζόμενος CAP: οὐ χαρίζεσθαι μέλλων VB; XII 10 ὄμμασιν CAP: ὀφθαλμοῖς VB; 17 ἣν παρακαλῶν . . . αἰσχίνης οὐδαμοῦ . . . ἀναγκαιότερον C_4A: ἢ παρακαλῶ . . . οὐκ αἰσχίνης οὐδαμῶς . . . ᾧ ἀναγκαιότερον VB (vide pag. 38). Praeterea lacunas admodum graves in cod. V significo, inter quas tota haec sententia praetermissa eminet XI 1 πλὴν εἴ τι δέοι ad 2 κατέλιπον γὰρ οὐκ ὀλίγους, et verborum sententiarumque transmutationes, ex quibus notanda videtur haec XII 4 ἔφην δὲ ἴσως ἐφ' οἷς ad κατηγοροῦντος ἑάλων collocatum post 5 ἐμαυτὸν οἴομαι γεγονέναι.

Breviter denique de codicis A correctionibus exponamus, quae in textu recensendo non mediocri usui sunt, cum vestigia recensionis cuiusdam deperditae servaverint propter cognationem cum cod. H non neglegendae. Atque variae lectiones in A prima manu adscriptae iam archetypum eius contaminatum fuisse probant cum codice quodam bonae notae: I 3 ὥσπερ εἴ τι pr. = CP, σ supra εἴ add. pr. (cf. ὥσπερ εἴητε H); 4 ἀπ' ἄρκτου pr. = B, ἀπ' ἄρκτων s. v. corr. pr. = HC; VII 5 ἀκροᾶσθαι pr., ε s. αι corr. pr. — Alia autem manus vel ex alio libro vel ex ipsius archetypi correctionibus hos librarii errores delevit: I 4 πόλει πατρίδι pr., πόλει indux. 2; τέταρσιν pr., corr. 2; III 1 ἠτύχησα ἐπολιτευσάμην colloc. pr., corr. 2; εἰδότως pr. (cf. C), corr. 2; VII 2 ταύτῃ τοῖς pr., corr. 2; — haec vulgatae memoriae vitia secundum cod. H sustulit: I 4 γένοις pr. (= C), γενόμενοι corr. 2 = H; VII 1 τῶ μελανώπω pr. (= V), τῶ indux. 2 = HC; ἀλλὰ τυχὸν pr. (= a), ἀλλ' ἀτυχῶν corr. 2 = H; — hunc locum ex codice C restituit: I 5 ἔρρωσο. ‖ κτησιφῶντι H > ἐρρῶσθαι κτησιφῶντι V = ἐπιστολὴ πρώτη. ἐρρῶσθαι κτησιφῶντι A pr. > ἐπιστολὴ πρώτη. ἐρρῶσθαι indux. A_2 = C, qui omnino omittit ἔρρωσο; — haec insuper menda temere intulit III 1 ἀγανακτῶ pr. = codd., ὀργίζομαι s. v. corr. 2; VII 1 δὲ οὐκ pr. = codd., δὲ οὐδ' corr. 2. Conferas praeterea has correctoris A_2 lectiones, quae genuinam auctoris memoriam — fortasse ex codicis H recensione deperdita — conservant aut ad eam proxime quidem accedunt: X 10 εἶτα πρόσθεν εἶτα ξενῶνα ὥστη ἀνέμω; XI 3 μετὰ τοῦ δοκεῖν; 8 ὑπὲρ αὐτῆς εἰσεγένοντο ἐν αὐτῇ οἱ θεοὶ pr., εἰσεγένοντο indux. 2 (vide infra pag. 46); 12 στρατιᾶς; XII 17 ἣν παρακαλῶν . . . αἰσχίνης οὐδαμοῦ κτέ., vide supra pag. 38. Aliae

autem correctiones librum, ex quo petitae sunt, corruptum iam fuisse arguunt, velut V 6 ἀλῆσι pr., ἀλωπεκῆσι in mg. 2; X 1 δέκα γλῶσσαι pr., δέκα δὲ στόματ' εἶεν add. 2; XI 5 βούλεσθαι pr., βουλεύεσθαι corr. 2; 13 φθονοῦσι pr., φρονοῦσι corr. 2. Quare has emendationes non sine pretio esse eminet, quamvis in textu constituendo caute eas adhibeamus necesse sit.

Haec habeo, quae de textu epistolarum ex codicibus emendando dicam. Illud autem iterum monendum est, nos in iis epistolis, quae a codice H absunt, utilissimo adiumento destitutos esse, quod haud raro aegre desideramus. Non pauci enim inveniuntur loci, quorum **corruptelis** ex codicibus quidem mederi omnino non possumus. Atque sat est cognovisse, librorum deteriorum lectiones tamquam coniecturas virorum doctorum auctoritatem non habere, vestigia potius genuinae memoriae premenda esse, quae in cod. C(A) hic illic supersunt, cum codex A atque etiam magis cod. V textum interpolatione mutatum praebeant. Quod cum editores adhuc compertum non haberent, in textu emendando persaepe peccaverunt, quamvis sagax atque perspicax animus Wolfii, Marklandi, Reiskii, recentiorum feliciter multa sanavit. Equidem nonnullos locos tentavi, de quibus occasione data paucis hic exponendum videtur, neque tamen omnibus, inter quos prorsus desperati reperiuntur, medicinam afferre potui.

Atque primum in examen voco locum IV 6, cuius sententia difficilis intellectu verbis sic coniunctis aperta est: πλείω μὲν οὐ βούλομαι λέγειν, μὴ δοκῶ, οὐ μηνῦσαί σοι . . . βούλεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγκεκωμιακέναι αὐτόν, . . ., καὶ ἀποτίνειν ταύτην τὴν χάριν τοῦ . . . Post ἐγκεκωμιακέναι αὐτὸν inserta sunt verba ὥσπερ καὶ θρασύμαχος τῶν ξένων (CAP: τὸν ξένον VB editt.) συντετάχθαι, quae Blassius particula δὲ inserta (συντετάχθαι δὲ καὶ) falsissime cum sequentibus coniunxit; ceteri autem editores praeter Reiskium, qui in annotationibus minus apte συντετᾶσθαι [„a verbo συντείνεσθαι, quod idem ac σπουδάσαι“ i. e. ἐγκεκωμιακέναι αὐτὸν . . . συντετᾶσθαι καὶ ἀποτίνειν] coniecit, interpunctione ante συντετάχθαι posita, quod Wolfius pro προῃρῆσθαι = „constituisse laudare“ adhibitum esse putat, constructionem vix tolerandam effecerunt. Mihi contra a codice C proficiscenti scribendum videtur ὥσπερ καὶ θρασύμαχος ⟨ἐπὶ⟩ τῶν ξένων συντέτακται, quod de Thrasymachi cuiusdam libello ceteroquin ignoto (ἐγκώμιον τῶν ξένων fort.?) dictum bene se haberet. — In eadem epistola paullo ante (§ 4) codex C tradidit ὅτι μάτην σοι αὐτὰ τὴν λύραν λέξομεν, quo ineptum illud τὴν λύραν glossema esse luculenter demonstratur. In codicibus autem A pr. PB αὐτὰ correctum est in ταῦτα, in A_2V cum τὴν λύραν coniungitur = ταύτην τὴν λύραν, quod editores omnes receperunt.

In ep. V 3 ὅσοις ἐγὼ μεδίμνοις . . . πάντας κοθωκίδας διαρκεῖν ἂν ἐδυνάμην verbum διαρκεῖν cum accusativo constructum notione „sustentare aliquem" (sic Taylor.) plane inauditum est. Quare Wolfius correctionem διάγειν vel διατρέφειν commendavit, quae propterea displicet, quia ex verbo perspicuo vix insolitum illud διαρκεῖν ortum esse potest. Verbum potius excidisse crediderim, qua de causa participium ἑστιάσας vel simile quid supplendum propono: — — πάντας κοθωκίδας ⟨ἑστιάσας⟩ διαρκεῖν ἂν ἐδυνάμην.

Epistolae X. initium variis laborat corruptelis, cum primum quidem verbum quod vocatur finitum desideretur, quo enarrandi consilium explanatum esse oportet: nempe languet oratio valde, siquidem ex relativo οἷα . . . ἡμᾶς δέδρακεν sententiam primam ταῦτα δέδρακεν sumendam esse putamus. Restituo ergo: ὁ δὴ κίμων, οἷα . . . ἡμᾶς δέδρακεν . . . οὐ νόμου φειδόμενος οὐδενός, ⟨διηγήσομαι⟩; ex corrupto autem οὐ κύδους CApr. P vel οὐ κήδους A_2VB, quod Dobraeus οὐκ ἔθους rescripsit, usitatius atque litteris propius οὐκ ἤθους elicio: ἤθη etenim atque νόμους saepissime copulata videbis e. g. apud Eurip. Med. 238, Herod. II 35, Isocr. III 56, IV 55 = XII 169 etc.

Alius eiusdem epistolae est locus manifesto corruptus § 9, ubi traditum est καὶ ἄλλως δ' ἐδόκει (ci. R.) μοι, ἔφη, ὡς μὴ παντάπασι τὰ ἐν Ἰλίῳ τραγικά τε καὶ φοβερὰ ᾖ, παθεῖν δεῖν καί τι ἡμᾶς καὶ οἷον ἐν κωμῳδίαις περὶ τὸν σκάμανδρον ἐργάσασθαι. Quod Wolfius emendavit — — ᾖ, παθεῖν δεῖν τι καὶ ἡμᾶς καὶ (item R. Bk. Herch.). Hercherus ᾖ, παίζειν δεῖν τι καὶ ἡμᾶς καί, Weidnerus ᾖ, παθεῖν δὴ καί τι ἡμᾶς καί, Blassius ᾖ μαθεῖν, δεῖν τι ἡμᾶς καί. Equidem ex codicibus levissima mutatione efficio ᾖ, παθεῖν δεῖν και⟨νόν⟩ τι ἡμᾶς καὶ οἷον . . . (cf. XI 5, 11), ut iis rebus, quae Ilii, scilicet in Iliade, tragice et atrociter evenerant, parallelismo aperto mirum quoddam atque ridendum, velut in comoediis, opponatur (conferas e. g. Iovis atque Amphitryonis historiam).

Paullo post hac ratione § 10 supplendam esse puto: ὁ δὲ ἐῴκει ⟨καὶ δευτέραν⟩ καὶ τρίτην ἀπόλλωνός μοι δοκῶ καὶ διονύσου μοιχείαν ἐπάξειν: nam post stuprum Scamandri vice puellae illatum Cimonem iterum atque tertium, Apollinis nimirum atque Bacchi specie indutum, adulterium commissurum esse comiti visum est. Maeandri autem atque Herculis, qui exempli gratia nominati sunt, ratio non habetur, ut Blassius (cum Reiskio) falso ratiocinatus sit: καὶ τρίτην ⟨καὶ τετάρτην⟩ ἀπόλλωνός μοι κτέ.

Atque in epistola XI. orationem me quidem iudice hiantem in § 2 restituo: ὑμῖν δὲ ἑώρων ἄλλους [εἶναι add. Wolf. R. Bk.] καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυναμένους ⟨διοικοῦντας⟩ τὰ κοινά, cum participium δυναμένους obiecti vice fungi vix possit.

A variis varie tentatus est locus XI 8, qui in codicibus sic legitur: ἐπαινοῦντες ἡμῶν τοὺς προγόνους τε καὶ τὴν χώραν, ὅτι ἐγένοντο ἐν αὐτῇ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς εἰσεγένοντο ἐν [ἑ]αυτῇ οἱ θεοί. Quod ut corrigeret Reiskius proposuit — — καὶ ὑπὲρ αὐτῆς, εἴ τι γένοιτο (ἐν) αὐτῇ, οἱ θεοί, Baiterus autem — — ἐγένοντο ἐν αὐτῇ δίκαι ὑπὲρ αὐτῆς, αἷς ἠγωνίζοντο ἐν αὐτῇ οἱ θεοί, Sauppius (cf. Herch., Blass.) — — ὅτι ἐκρίνοντο (ἐδικάζοντο Hercher.) ἐν αὐτῇ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς [εἰσεγένοντο ἐν αὐτῇ] οἱ θεοί, Weidnerus denique — — καὶ ὑπὲρ αὐτῆς διεφέροντο ἐν αὐτοῖς οἱ θεοί. Atque verba q. s. εἰσεγένοντο ἐν αὐτῇ, quae me quidem iudice dittographia nata sunt, delenda esse (cum Sauppio) iam codicis A corrector 2 indicavit, cum egregiam certe memoriam secutus εἰσεγένοντο induceret. Constructio autem ἐγένοντο ἐν αὐτῇ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς molesta est: neque litem a Marte contra Neptunum institutam hic significari necessario sumitur, cum auctor mentionem eius velut facti cuiusdam novi iniciat: ἐπεὶ πύθεσθε αὐτῶν. Itaque scribendum esse putaverim . . . ὅτι ἐγένοντο ἐν αὐτῇ (scil. Erechtheus, Erichthonius, cf. Isocr. XII 126) καὶ ⟨ἐμάχοντο⟩ ὑπὲρ αὐτῆς οἱ θεοί (scil. Neptunus et Minerva, Erechtheus et Eumolpus cf. Isocr. XII 193).

In eiusdem epistolae § 11 perquam obscura sunt verba ὡς καινὰ καὶ θαυμαστὸν (ci. R., θαυμαστὰ codd. cum hiatu) ὅσον εἰς ἃ βούλονται τῇ πράξει συλλαβεῖν δυνάμενα φάσκειν ὑμᾶς ὁμονοεῖν, quae Blassius pessime interpolavit: . . . εἰς ἃ βούλονται πρᾶξαι (fort. recte, vide Toup.) συλλαβεῖν δυνάμενα. ⟨ἀκούω γάρ τινας δεῖν⟩ φάσκειν κτέ. Nimirum si orationem plane dissolvere velis, tam Blassio quam Wolfio aut Toupio adstipulari poteris, qui θαυμαστὰ ὡς εἰς ἃς βούλονται τῇ πόλει πράξεις συλλαβεῖν δυνάμενα, δεῖ ὑμᾶς ὁμονοεῖν (Wolf.) vel θαυμαστὰ ὡς ἂν εἰς ἃ βούλονται πράξειν, συλλαβεῖν κτέ. (Toup.) commendaverunt. Cautius Reiskius rem egit, qui ex cod. Harl. B apertam hanc correctionem recepit . . . δυνάμενα. φάσκουσι ⟨γὰρ δεῖν⟩ ὑμᾶς ὁμονοεῖν; cui assensi sunt editores praeter Blassium. Proxime autem a genuina memoria aberravisse videtur Marklandi hoc: φάσκ⟨οντας δ⟩εῖν ὑμᾶς ὁμονοεῖν, quod accipiens locum sic restituo ὡς καινὰ καὶ θαυμαστὸν ὅσον εἰς ἃ βούλονται πρᾶξαι συλλαβεῖν δυνάμενα, φάσκοντας ὑμᾶς ὁμονοεῖν ⟨δεῖν⟩, ubi δεῖν propter homoeoteleuton facile excidere potuit. — Textus hiat etiam in § 12 μηδὲν διαφέρειν αὐτοὺς αὐτίκα νομίζετε (sic C), ubi mentio illius oratoris, nempe Demosthenis, desideratur, a quo reliqui apud populum vociferantes diversi non esse dicuntur. Quare Blassius — aliorum commenta in apparatu critico commemorabo — ⟨δημοσθένους⟩ inter μηδὲν . . . διαφέρειν excidisse existimavit; equidem hoc verbum post αὐτοὺς insero, ut propter homoeoteleuton omissum sit.

In ep. XII 1 codicibus APVB traditum est ἀλλὰ καὶ γράφειν ἐλευθερίως, cum C per errorem certe habeat ἀλλὰ καλλιγραφεῖν ἐλευ-

θερίως. At de scribendi institutione non agitur, quare Bekkerus ceteris plaudentibus ἀλλὰ καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως correxit, quod sequenti καὶ παιδείας φροντίσας τὰ μέτρια responderet. Melius autem ad hunc locum quadrare videtur ἀλλὰ καὶ ἐγγραφεὶς ἐλευθερίως, quo Aeschines libere inscriptus i. e. in civium tabulas (τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον) relatus esse dicitur, cum Demosthenes etiam de civitate eius, quamvis iniuria, dubitaverit (or. XVIII 129 sq.). — Verba autem s. q. καὶ λόγους οἵους, quae Blassius secundum Wolfium sic dedit: καὶ λόγων (scil. φροντίσας) οἵους, rectius fortasse καὶ λόγους ⟨διδασκόμενος⟩ οἵους compleas: cf. τριταγωνιστεῖν μαθὼν . . . ἀλλὰ καὶ ἐγγραφεὶς . . . καὶ παιδείας φροντίσας . . . καὶ λόγους ⟨μαθὼν vel διδασκόμενος⟩ οἵους. — Itidem § 3 responsionem luculentam ὡς πολλὰ . . . χρήματα μὴ λαβών, ἀλλ' ὡς . . . δίκην κατὰ τοὺς νόμους λαβὼν levissima hac mutatione assequi poteris ἀλλ' ὡς, ἣν προσῆκεν, δίκην.

Difficilior est locus XII 15 ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ παίδων οὐκ ἂν ὑμᾶς πείσαιμι (C, ci. Weidnerus) δεόμενος, ὡς μή μοι ⟨μὴ inser. R. sq.⟩ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ τραφῶσιν, ἀλλ' ὀρφανοί ⟨θ' inser. Bl. propter hiat.⟩ ἅμα καὶ φυγάδες ὄντες κτέ., ubi ἐν ὀρφανίᾳ et ὀρφανοὶ ὄντες insolenter quidem significare videtur idem atque § 13 τρέφονται πένητες ἐν ἐρημίᾳ τε καὶ φυγῇ πατρῴᾳ i. e. orbati (scil. patria, opibus), cum de patre mortuo vel morituro cogitari nequeat. Etenim in sequentibus optimorum librorum lectio εἶτα τελευτήσαντες ἀναμνήσθητέ μου non ad Aeschinem, sed ad Athenienses revocatur „denique recordamini mei“, quos auctor implorat, ut sibi quoque — vivo videlicet — reditum concedant. Perperam autem Reiskius (cum sqq. praeter Bk. et Herch.), ὡς μή μοι . . . ad ἀλλ' ὀρφανοί ⟨θ'⟩ ἅμα . . . referens atque ideo negationem μὴ post μή μοι repetens, hunc locum interpretatus est, ut sensus exsistat: „ut ne mihi adolescant mei liberi, non solum ut orbi, sed etiam ut orbi simul atque exules“. Sententia enim desideratur, qua clementia filiis quodam modo iam conciliata significetur, ut patiens illud ἐγὼ οὐκ ἂν ὑμᾶς πείσαιμι δεόμενος apte transeat ad verba fiducia plena εἶτα τελευτήσαντες ἀναμνήσθητέ μου. Atque soli liberi intercessionem suam efficaciter apud populum interponere possunt, ut ipsis atque postea patri reditum impetrent. Quare orationem hiantem his fere verbis interiectis sanandam esse apparet: ἀλλ' ὀρφανοί ⟨θ'⟩ ἅμα καὶ φυγάδες ὄντες . . . τὰ μέντοι τῶν ἑαλωκότων πάντα πεπονθότες, ⟨ὑπὲρ ἑαυτῶν αὐτοὶ δεόμενοι πείσαιεν ὑμᾶς⟩· εἶτα τελευτήσαντες κτέ.

De mendis ab aliis editoribus coniectura iam sublatis hic disserere longum est: ea quae de iis edocere necessaria esse videbantur, in apparatum criticum rettuli, cui explicationes quoque breves hic illic

inserui. Loci supersunt nonnulli, quibus equidem frustra mederi studui, cum codicum memoria tantopere vitiata sit, ut cum specie probabilitatis nullo modo emendari possit: inter quos hosce significo II 3 ἀτυχέστερος μέντοι καὶ ἐλεεινότερος νομισθεὶς (φανεὶς Apr. sol.), ποτὲ δὲ οὐδὲν ἥττων (ἧττον A_2V), νυνὶ (νῦν APVB) δὲ οὐδεμίαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ φωνὴν [ἐκπέμπειν add. VB, ex coniectura?]; IV 3 καθήμενος ἐνδύματι καὶ λύρᾳ; IX 2 ὑπολαμβάνων [οἰκεῖν add. VB]; X 9 πάλιν· κατιὼν δ(ὲ) ἔφη; XI 7 τὰς μὲν γνώμας καὶ τὰς νήσας. Neque textum qualem ex codicibus constitui, talem ab auctore nostro profectum esse asserere ausim. Nam in iis quidem epistolis, quae in cod. H non exstant, multi sine dubio loci reperiuntur, quos corruptos esse nos fugit, quia codicis H auxilio destituti verba tradita, sum sensum aliquomodo tolerabilem praebent, intacta conservare coacti sumus.

Equidem satis habeo epistolas, quae falso sub Aeschinis nomine feruntur neque tamen studio indignae sunt, ex codicibus quantum potui correxisse atque ad commodiorem virorum doctorum usum edidisse. Codicum autem rationem tam diligenter perscrutatus sum non eo solum, quod epistolographorum memoriam ex iis melius cognosci posse intellexeram, sed id potissimum egi, ut codicum Aeschineorum conditioni non satis adhuc exploratae lux clarior afferatur. Atque ex epistolis de orationum memoria in universum quidem iudicari non posse supra explanavi, quamvis collato codice H de codicum CAV in orationibus quoque nequitia dubitatio nunc vix reprimatur. Ea autem, quae de codicum CAV inter se in epistolis cognatione atque auctoritate disserui, optimo iure ad eorundem librorum in orationibus memoriam transferuntur. Nam cum in epistolis contra codicem H ita inter se consentiant, ut ex uno eodemque archetypo eos originem duxisse dubitari nequeat, eundem archetypum in orationibus quoque codicibus CAV (= *a*) subesse certissime ex eo colligitur, quod operum Aeschineorum corpus his libris traditum aeque tribus orationibus atque duodecim epistolis constat. Contra in altera codicum Aeschineorum familia *e k* (*l*), quae ex alio archetypo videtur ducta esse, duae orationes solae (II. et III.) supersunt, atque in codice H, qui cum codd. *e k* (*l*) componendus est, quattuor e duodecim epistolis servantur. Quae cum ita sint, codicibus CAV in orationibus eadem fere accidisse atque in epistolis manifestum est, nisi forte corruptio sive contaminatio in orationum memoria longius processit, quod orationes saepius lectitatae atque a viris doctis diligentius tractatae sunt. Atque haec quidem hactenus, cum de duplici orationum Aeschinearum recensione codicum *e k* (*l*) = A et CAV = *a* disserere huius loci non sit.

Caput IV.

Quanam ratione epistolae Aeschineae adhuc editae et nunc edendae sint.

Aeschinis quae feruntur epistolae primum prodierunt Venetiis anno 1499 in epistolarum graecarum collectione[1]), quam Aldus Manutius instituit, et quidem Aeschinem ille ex libro contaminato cum cod. Grab. (vide p. 30) artissime coniuncto sumpsit. Qua fundamentum haud solidum stratum erat, in quod omnes tamen qui secuti sunt editores usque ad Taylorum innixi de suo ingenio nonnulla perpoliverunt atque correxerunt. Inter has editiones autem (commemoro Lovaniensem anni 1536, Dusseldorpiensem anni 1568, Rostochiensem Caselii anni 1578 etc.) unica notabilior est Hier. Wolfii (1572), qui in oratorum verbis restituendis summa omnino laude digna praestitit. Proximus in epistolis retractandis Io. Taylorus erat, qui novis codicum subsidiis atque viri doctissimi Ieremiae Marklandi opibus adiutus Aeschinem totum emendatiorem edidit (1748); neque tamen iis, quae codices duo Harleiani (vide p. 3) et manu scriptae Marklandi notae ad eum missae obtulerunt, ita usus est, ut non Reiskio, cui schedae a Tayloro collectae praesto fuerunt, permulta ex iis depromenda reliquerit (cf. Reiskium t. III p. 705/6 et 771). Jo. Jac. Reiskius vero celeberrimus ille anno 1771 in tertio Oratorum Graecorum volumine p. 656 sq. Aeschinis quoque epistolas typis exscribendas curavit. Qui cum codicem Helmstadiensem primus adhibuerit atque etiam Taylori copias manibus teneret, ex quibus plenam codicum Harleianorum collationem in variis lectionibus (t. IV p. 920 sq.) publici iuris fecit, etiam his epistolis non mediocriter profuit, quamquam se ipso teste munere suo parum diligenter functus est. Atque initio quidem editor epistolis explicationes nullas de suo dare decreverat, quare textui non nisi aliorum annotationes (Wolfii, Guillonii in versione Latina, Taylori, Marklandi) subiectae sunt. Suas autem ipsius lucubrationes stilo festinante conscriptas libello lectionum variantium (t. IV) inseruit, quo factum est, ut in annotationibus interdum lectio codicum restituatur aut locus quidam corruptus corrigatur, qui in textu secundum vulgatam Aldi aut Wolfii editionem datus erat. Paucis men-

1) „ἐπιστολαὶ διαφόρων φιλοσόφων ῥητόρων σοφιστῶν. Epistolae diversorum philosophorum oratorum rhetorum". Quae Sammetius de duplice epistolarum editione Aldina hariolatus est, priore anni 1499, posteriore anni 1513 cum oratoribus Graecis qui vocantur minoribus emissa, inepte ex iis quae Reiskius de Aeschinis editione principe fecit verbis coniecta sunt. Ubi vero Reiskius de Aldina epistolarum editione falsa rettulit, errores, hic illic etiam typographi forte socordia illati, ipsi Reiskio tribuendi sunt, qui editionem suam tumultuarie confectam esse confessus est (t. III p. XXXIV).

sibus post Reiskium, eodem videlicet anno 1771, Jo. Samuel Sammetius propria epistolarum Aeschinearum editione omnia, quae ad id tempus in iis et explicandis et emendandis elaborata erant, iudicio quidem parum sano uno volumine coniunxit, quod utilissimum mihi fuit, quamquam in eo adhibendo propter editoris neglegentiam vel potius inertiam (vide p. 49 n.) summa cautione opus erat.

